BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE

VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

PII X PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE CARD. ALFONSO CAPECELATRO

ARCHIEP. CAPVANO

S. R. E. BIBLIOTHECARIO

CODICES VRBINATES LATINI

RECENSVIT

COSIMVS STORNAJOLO

BIBLIOTHECAE VATICANAE SCRIPTOR AD HONOREM

TOMVS II.

Codices 501-1000

ROMAE

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

MCMXII.

CODICES URBINATES LATINI

---

501 (olim 677, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 358 × 260, ff. III. 196.

Matteo Villani istorie ⟨lib. I-IX priores⟩ (in ms. ... *cronica facta e compilata... negli anni della Incarnacione del nostro Signore... milletrecento quarantotto e terminata nel milletrecento sessantatre del mese di Luglio che esso Matheo passo di questa vita)* usque ad vv. capitis 107 libri IX *simile a quella che principio ebbe nel*... (Muratori, script. rerum ital., 14, col. 622, lin. 4; de edd. cf. Potthast, Biblioth. hist. medii aevi, Berlin 1896, 2, p. 1093).

Codex binis columnis exscriptus titulos praefert rubros, initiales tam maiores quam maximas rubras et caeruleas alternas lineis ornatas. Ff. I-III, 194ᵛ-196 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

502 (olim. 154, cf. f. 1). Saec. XIV, membran., mm. 290 × 212, ff. I. 86.

Pseudo-Bernardi claraevallensis abbatis meditationes; s u m m a c o n f e s s o r u m; **Ioannis** theutonici ord. praed. confessionale; **Hugonis** de s. Victore soliloquium de arrha animae; moralis expositio S e r a p h i m et de c a u t e l a p a e n i t e n t i a e; C a n o n e s p a e n i t e n t i a l e s; **Richardi** de s. Victore adnotatio in psalmum XXVIII.

1 (f. 1). ⟨M e d i t a t i o n e s p i i s s i m a e de cognitione humanae conditionis⟩ (in ms. *Meditationes Bernardi abbatis clarevallensis;* M. 184, 485-508).

2 (f. 9). ⟨S u m m a c o n f e s s o r u m⟩. Cap. I, *De decem preceptis legis*, inc. *Non habebis Deos alienos coram me Ex paragraph. 3. Quorum deus uenter est Colossenses 3.* Des. tractans de petitionibus in oratione dominica *sed libera nos a malo* vv. *beati pacifici qui filii dei uocabuntur. Ecce frater petitionem tuam non qualiter debui sed qualiter potui interdum adimpleui.* Capitula sunt haec: *De decem praeceptis legis. De articulis fidei secundum Robertum episc. lincolnensem. De peccatis. De septem sacramentis. De peccatis circa ea que sunt hominis. De poenitentiis. De beatitudinibus. Expositio orationis dominicae.*

3 (f. 34). *Confessionale fratris I o h a n n i s theutonici ord. fratrum praedicatorum adiunctum summe confessorum.* Cap. 1, *De admonitionibus generalibus,*

inc. *Cum aliquis petit suam confessionem audiri quem antea numquam audisti in foro confessionis.* Cap. XVI, *De penitentia in extremis seu infirmorum*, des. *testamentum celeriter expediant frequentibus admonitionibus impulsabis;* praeit prologus: *Simpliciores et minus expertos confessores de modo audiendi confessiones secundum modum praesentis opusculi videbitur opportunum* (de auctore et opere cf. Quétif et Echard, Scriptores ord. praed., Lutetiae parisiorum 1719, 1, p. 525).

4 (f. 49). Hugonis de s. Victore soliloquium de arrha animae (deest prologus, M. 176, 951-970).

5 (f. 55). *Moralis expositio Seraphyn in figura hac.* Inc. *Ad explanationem huius figure necessaria uidetur esse divisio huius auctoritatis ysaie VI. Vidi dominum sedentem super solium.* Des. *celestia appetens et requiescam uera libertate eternaque fruens beatitudine*; (prima ala est confessio, II. satisfactio, III. carnis mundicia, IV. puritas mentis, V. dilectio Christi, VI. dilectio dei). Subnectitur uti caput eiusdem opusculi (f. 58) *De cautela penitentie.* Inc. *Ut autem ueram agas penitentiam maxima cautela adhibenda est scilicet ut sis circumcisus et purgatus per confessionem.* Des. *tamen maiori cruciatu non meretur maius premium, sed aceleratam liberationem. Deo gratias.*

6. Canones paenitentiales. [1] (f. 58^{v}). ⟨Summa de iudiciis omnium peccatorum⟩. Cap. 1, Iudicium paenitentiae de homicidio, inc. *Si quis homicidium fecerit episcopus XV annis.* Des. *erubescunt iterum peccata confiteri* (Schmitz, *Die Büssbucher... nach handschr. quellen, zweites band,* Düsseldorf, 1898, p. 480-505 et capitula e correctore a n. 113 ad finem, p. 434-465). [2] (f. 69^{v}). ⟨Burchardi Wormaciensis episc. libri sexti decretorum capita I-IV; M. 140, 764-765⟩. [3] (f. 70). *De diuersis homicidiis uoluntarie uel inuoluntarie. Sinodus CL patrum sub theodosio seniore in constantinopoli congregata.* Inc. *Qui uoluntarie genitorem suum aut genitricem occiderit extra patriam VII annis.* Des. *grauius industria quam infirmitate peccare. Sic semper prouidendum est peritissimis sacerdotibus.* [4] (ibid.). ⟨Epistola Paulini foroiuliensis episcopi ad Heistulfum⟩ (in ms. *poenitentia illius qui propriam coniugem interfecerit;* M. l. cit., 774-775). [5] (f. 70^{v}). *De interfectoribus episcoporum et sacerdotum.* Inc. *Interfectores episcoporum et sacerdotum nec non patricidas et matricidas et germanorum fratrum... ex decretis pii pape, melchiadis, ormisde, Eugenii et theodosi romanorum pontificum...* Des. *et post dignos penitentie fructus sequatur misericordia.* [6] (Ibid.). ⟨Nota de proportione paenarum iuxta paenitentium status⟩. Inc. *Notandum quod undecumque laicus V annis iudicatur, subdiaconus VII, diaconus et monachus X.* Des. *episcopus XVIII. et his similia. Et deo gratias. Amen.*

7 (f. 71). Richardi de s. Victore adnotatio in psalmum XXVIII « Afferte domino filii Dei » (M. 196, 285-322).

Codicis duabus columnis scripti folia 1-33, $49-70^{v}$ exaravit prima manus, secunda ff. $34-48^{v}$, tertia ff. 71-85. Initiales tam maiores quam maximae caeruleae ac rubrae alternae lineis ornatae sunt: tituli minusculis rubris. Ff. I, 86 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

503 (olim 149, cf. f. 1). Saec. XI, membran., mm. 266 × 190, ff. I. 256.

S. Petri Damiani opera varia. **Dominici Marenco** episcopi olivolensis epistola seu consensio formata.

1. S. Petri Damiani sermones. [1] (f. 1). Sermo 21 (M. 144), [2] (f. 3^{v}) 73, [3] (f. 8) 74, inter ff. 8-10 insertum est frustulum membranae, numero 9 signatum, in quo est scripta pars epistulae 4 libri I a vv. ⟨plec⟩*tibilem seruum in herilis consortium* ad finem (M. 144, col. 208-209, lin. 5 ab imo); primam partem require in f. 18^{v}. [4] (f. 12^{v}). De ordine eremitarum (in ms. *uitae eremiticae*) et facultatibus eremi ⟨fontis avellani⟩ (M. 145, 327-336). [5] (f. 17^{v}) ⟨S. Petri Damiani⟩ epitaphium (M. 145, carmen 213). [6] (ibid.). Leonis papae epistola (sc. libri V epist. 6, M. 144). [7] (f. 18^{v}). S. Petri Damiani pars epist. 4 libri I (M. l. cit.; alteram partem epist. require f. 9). [8] (f. 19). Apologeticus ob dimissum episcopatum (in ms. *de dimisso uel potius adhuc dimittendo episcopatu et quibusdam miraculis nouiter factis*; M. 145, opusc. 20), [9] (f. 27) sermo 3 (M. 144), [10] (f. 31^{v}) opusc. 17, usque ad vv. cap. II *res pessimas ab omni...* (M. 145, 385, lin. 12), [11] (f. 33) sermo 13, [12] (f. 36^{v}) 38, [13] (f. 40^{v}) 37, [14] (f. 45) 24, [15] (f. 47) 25, [16] (f. 50^{v}) 34, [17] (f. 53) 35, [18] (f. 54) 39, [19] (f. 58^{v}) epist. 32 libri VI (in ms. *sigillatoria epistola fratribus qui indicta sibi sunt mandata transgressi*), [20] (f. 64^{v}) opusc. 50. [21] (f. 76). Alexandri II papae epist. (inter s. Petri Damiani epist., M. 144, epist. 7 libri V). [22] (f. 77). S. Petri Damiani opusc. 19 de abdicatione episcopatus (in ms. *de dimittendo episcopatu;* usque ad vv. *possessiones ecclesiae delegauit*, M. 145, 442 B, 6). [23] (f. 89). De privilegio romanae ecclesiae liber, inc. *Privilegium* des. *censura decernat* (Baronius, Annal. 1059, Romae 1605, 11, p. 260-265, D. 6). [24] (f. 94^{v}). Carmina 131-143, 145 primus hexameter, 146-162, (f. 95^{v}) 183-185, 189-190, 211, 219, 191, 192, (f. 96) 212, 193, 194, 163 primus hexameter differt: *Quem semel inuadunt uix a iuuentute recedunt*, ceteri alio ordine sunt dispositi, deinde 198, 199, 145, 200, 201, 196, 197, 202, (f. 96^{v}) 203, 207, infra versus scribae (?): *Deus caro factus nostros benedicat actus - Det deus ut mores sint nostri thuris odores - Qui bene uult esse debet cum pluribus esse.* [25] (f. 97). Sermo 67, [26] (f. 97^{v}) 68, [27] (f. 100) epistola 20 libri I, [28] (f. 106) sermo 14 usque ad vv. *sponte factus est homo* (M. 144, 579, lin. 6), [29] (f. 109) epist. 3 libri VI, [30] (f. 109^{v}) carmen 122, [31] (ibid.) epist. 10 libri V, [32] (f. 110) epist. 13 libri VI.

2 (f. 111). ⟨Consensio quam vocant formatam, in qua Dominicus VII Contarino olivolensis ecclesiae (Venetiarum) episcopus patriarchae gradensi Urso Urseolo concedit posse ordinare presbyterum Dominicum, episcopum Metamaucensis ecclesiae (sc. Malamocco)⟩. Inc. *In nomine patris... sanctissimo patriarchae Dominicus oliuolensis episcopus debitae uenerationis obsequium. Celsitudinem uestram nulla uolumus titubatione repleri.* Des. *Collectis igitur omnibus numeris inuenitur mille quadraginta sex* (Cappelletti, *Chiese d'Italia*, 9, p. 152-153).

3. S. Petri Damiani [1] (f. 112) epist. 5 lib. VI, [2] (f. 114v) sermo 66, [3] (f. 117v) opusculi 18 dissertatio II, (f. 124) dissertatio III, [4] (f. 126v) opusc. 39, [5] (f. 129) opusc. 31 (in ms. titulus est: *Ut auaritiae resistatur et dum cuique succurritur munerum retributio non quaeratur*), [6] (f. 133) opusc. 34 (in ms. titulus: *de quibusdam miraculis*), [7] (f. 137v) epist. 11 libri II, [8] (f. 138v) epist. 12 lib. IV, [9] (f. 139v) epist. 2 lib. VI, [10] (f. 140v) epist. 1 lib. VIII, [11] (f. 143) opusc. 23 cum titulo: *Cur papa non diutius uiuat et quod hominum usibus quaeque creatura deseruiat*, [12] (f. 146v) epist. 5 lib. V, [13] (f. 147) opusculi 18 dissertatio I (in ms. titulus: *hic hortatur amicum ut infaectabili committat acie contra luxuriam clericorum*), [14] (f. 151) sermo 49 (in ms. *sermo pauperculus*), [15] (f. 153v) sermo 50 (in ms. *Eiusdem unde supra Domni archiepiscopi L*) usque ad vv. *quod etiam patriarcha Iacob docuit* (M. 144, 787, lin. C, 8), [16] (f. 155) opusc. 58 (in ms. titulus: *philosopho seculi ut exteriori prudentiae spiritualem sapientiam praeferat et temporali uitae perpetuam incomparabiliter anteponat*), [17] (f. 157) epist. 6 lib. III (in ms. rubrica: *Coloniensem archiepiscopum rogat ut cadolai can*⟨inam⟩ *rabiem reprimat et apostolicam sedem liberare contendat*), [18] (f. 158) opusc. 52 (in ms. titulus: *Quod monasterium uiuarium sit animarum spiritualibus animalibus plenum et de naturis animalium*), [19] (f. 169v) opusc. 22 (in ms. titulus: *quod curiales episcopi qui per obsequia principum sedes acquirunt symoniacae hereseos laqueis innectuntur*), [20] (f. 174) opusc. 8 appendix, seu dissertatiuncula de cognationis (in ms. *parentelae*) gradibus supputandis, [21] (f. 176) opusc. 37 usque ad vv. *dum te docere nitimur quaestiones* (M. 145, 630, B, 11), [22] (f. 180) opusc. 29 (in ms. titulus: *hic contemptum preciosarum uestium et simplicem laudat amictum*), [23] (f. 183) epist. 6 lib. II (in ms. titulus: *conqueritur librum proprium deceptoria sibi fraude praereptum*) [24] (f. 184) epist. 15 lib. I (in ms. titulus: *Insolentia malignorum hominum facta conqueritur quae nec atrocius in mundi fine crassatur* (!), [25] (f. 189v) opusc. 46 (in ms. titulus: *De correptione quam sit utilis in sancti ordinis disciplina*), [26] (f. 192v) opusc. 30 (in ms. titulus: *Quod sicut symoniacus non defendi; sic innocens sinistra non debeat opinione morderi*), [27] (f. 196) epist. 36 lib. VI (in ms. titulus: *Vt nulla post obitum eius ecclesia retineat apud se quod alterius est*), [28] (f. 196v) opusc. 37 argumentatio alia (in ms. *Duarum solutio questionum*), [29] (f. 197v) epist. 34 lib. VI

(in ms. titulus: *Apponit disciplinae mensuram quam praecipit ut nemo trascendat*), [30] (f. 198ᵛ) epist. 4 lib. VI (in ms. titulus: *hic super ethimologia cluniaci disputat et pro se a sanctis fratribus oretur exorat*), [31] (f. 201) sermo 8, [32] (f. 203) opusc. 40 (in ms. titulus: *Vt irae stimulis mens resistat quae deum sibi placare desiderat*), [33] (f. 210) sermo 33, [34] (f. 214ᵛ) sermo 22, [35] (f. 216ᵛ) opusc. 44 (in ms. titulus: *De mandatis decalogi et plagis aegypti*), [36] (f. 221ᵛ) opusc. 48 (in ms. titulus: *Quomodo manna concedi et iubeleum debeat obseruari*), [37] (f. 224) opusc. 57 (in ms. titulus: *Vt iudex equitatis et disciplinae uigorem teneat et per colorem pietatis effrenari populum non permittat*), [38] (f. 229) epist. 7 lib. VII, [39] (ibid.) epist. 14 lib. VII (in ms. titulus: *De mutua cum uiro castitate seruanda et hospitalitate pauperibus exhibenda*), [40] (f. 230ᵛ) epist. 10 lib. VIII (in ms. titulus: *Vt qui deo placere vult periurium caueat et elemosinas erogare contendat*), [41] (f. 232) epist. 19 lib. VIII (in ms. titulus: *Hic grauis aegritudinis quam scriptor incurrerat ordo...*), [42] (f. 234) opusc. 42 pars II seu dissertatio altera, [43] (f. 236) epist. 2 lib. VIII, [44] (f. 236ᵛ) epist. 4 lib. VIII, [45] (f. 237ᵛ) epist. 11 lib. I, [46] (ibid.) epist. 12 lib. VIII (in ms. titulus: *Quod non debeat decretalibus paginis passim anathema subnecti et liceat ecclesiae filiis de suis episcopis lamentare*), [47] (f. 241) epist. 18 lib. VII (in ms. titulus: *Ad nouiter nuptam rainerii marchionis uxorem*), [48] (f. 243) opusc. 32 (in ms. titulus: *De mansionibus israelitarum quas metati sunt per desertum*), [49] (f. 252ᵛ) epist. 16 lib. IV (in ms. titulus: *Vt octaue sancti iohannis baptistae sicut ipsa natiuitas honorifice celebrentur et de octo festiuitatibus ueteris testamenti*) in fine huius epistolae insunt duae lineae plures quam in ed. cit. sed propter mucorem difficulter legi possunt.

Codex varia manu, interdum binis columnis exaratus, titulos praebet rubros, initiales maiores rubras, maximas autem tum rubras tum coloribus rubro et nigro pictas. In imis marginibus signantur quaterniones. Ff. I, II, 111ᵛ, 256, 257 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

504 (olim 150, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 275 × 184, ff. II. 162.

S. **Zenonis** episc. veronensis sermonum libri duo; s. **Hilarii** pictaviensis interpretationes psalmorum; **Potamii** episc. tractatus duo; s. **Basilii** homiliae I-IV interprete Rufino; s. **Gaudentii** brixiani de ss. Petro et Paulo; s. **Vigilii** tridentini episc. epistola ad s. Io. Chrysostomum; s. **Hieronymi** et pseudo-**Hieronymi** epistolae aliquot.

1. S. Zenonis sermonum liber I. [1] (f. 2). Sermo seu tractatus 4 libri I (M. vol. 11), [2] (f. 6ᵛ) 16, I, [3] (f. 12ᵛ) 13, I, [4] (f. 17) 6, I, [5] (f. 21) 9, I, [6] (f. 23ᵛ) 50 libri II, [7] (f. 24) 2, II, [8] (f. 25) 55, II, [9] (ibid.) 58, II, [10] (f. 25ᵛ) 28, II, [11] (f. 26) 70, II, [12] (f. 26ᵛ) 36, II, [13] (ibid.) 14, II, [14] (f. 29) 10, I, [15] (f. 31) 15, II, [16] (f. 32ᵛ) 51, II,

[17] (f. 33) 3, II, [18] (ibid.) 59, II, [19] (f. 33v) 60, II, [20] (f. 34) 24, II, [21] (ibid.) 11, I, [22] (f. 34v) 71, II, [23] (ibid.) 35, II, [24] (f. 35) 38, II, [25] (f. 35v) 15, I, [26] (f. 38) 52, II, [27] (ibid.) 19, II, [28] (f. 38v) 61, II, [29] (f. 39) 57, II, [30] (ibid.) 23, II, [31] (f. 39v) 72, II, [32] (ibid.) 30, II, [33] (f. 40) 45, II, [34] (f. 40v) 17, II, [35] (f. 42v) 21, II, [36] (f. 44) 2, I usque ad vv. *tu sacram crucem* (M. 11, 278, B, 10), [37] (f. 48) subnectitur sermo 13, II a vv. *...non dubium est. Amum uero predicationem* (M. l. cit., 430, lin. 15), [38] (f. 50v) 43, II, [39] (f. 51v) 18, II, [40] (f. 53v) 16, II, [41] (f. 54) 44, II, [42] (f. 54v) 41, II, [43] (f. 55) 10, II, [44] (f. 56v) 47, II, [45] (f. 57) 1, II, [46] (ibid.) 73, II, [47] (ibid.) 31, II, [48] (f. 57v) 4, II, [49] (ibid.) 66, II, [50] (f. 58) 64, II, [51] (ibid.) 74, II, [52] (f. 58v) 8, II, [53] (f. 59v) 33, II, [54] (ibid.) 15, I, [55] (f. 60) 46, II, [56] (f. 60v) 48, II, [57] (ibid.) 11, II, [58] (f. 62) 29, II, [59] (ibid.) 22, II, [60] (f. 63v) 12, II. Liber. II. [1] (f. 65) 3, I; praeeunt rubricae libri II, [2] (f. 69) 8, I, [3] (f. 70) 1, I, [4] (f. 74) 12, I, [5] (f. 77v) 6, II, [6] (f. 79) 14, I, [7] (f. 81v) 5, I, [8] (f. 85) 7, II, [9] (f. 86v) 7, I, [10] (f. 88v) 39, II, [11] (f. 89) 27, II, [12] (f. 90v) 9, II, [13] (f. 91v) 53, II, [14] (ibid.) 37, II, [15] (f. 92) 75, II, [16] (ibid.) 65, II, [17] (f. 93v) 26, II, [18] (ibid.) 76, II, [19] (f. 94) 34, II, [20] (ibid.) 40, II, [21] (f. 95) 68, II, [22] (ibid.) 54, II, [23] (f. 95v) 69, II, [24] (f. 96) 32, II, [25] (ibid.) 42, II, [26] (f. 96v) 20, II.

2. ⟨S. Hilarii pictaviensis⟩ [1] (f. 97) interpretatio psalmi 126 (s. Hilarii opp. M. 9, 694-703). [2] (f. 103). De psalmo 127 (M. l. cit., 704-710. [3] (f. 107). De psalmo 128 (M. l. cit., 711-718). [4] (f. 112). De psalmo 129 (M. l. cit., 718-725). [5] (f. 116v). Interpretatio psalmi 130 (M. l. cit., 725-727).

3. ⟨Potamii episcopi⟩ [1] (f. 117v) tractatus de Lazaro (M. 8, 1411-1415). [2] (f. 120). De martyrio Isaiae prophetae (M. l. cit., 1415-1416).

4. ⟨S. Basilii⟩ [1] (f. 121) de livore et invidia ⟨Rufino interprete⟩ (M. Patr. gr., 31, 1753-1761). [2] (f. 129). De adtende tibi (M. l. cit., 1733-1744). [3] (f. 140). De ieiunio. Inc. *Canite tuba in initio mensis in die insignis solemnitatis uestre, propheta precipiebat populo israel. Nobis quoque.* Des. *percipere de ligno uitae quae est sapientia dei et unigenitus filius eius dominus noster* (inter s. Zenonis sermones, Veronae 1739, p. 345, cf. M. l. cit., 163-183).. [4] (f. 144). De avaro divite (M. l. cit., 1744-1753).

5 (f. 146v). S. Gaudentii brixiani de Petro et Paulo (M. 20, 993-997).

6 (f. 148). S. Vigilii tridentini episc. epist. ⟨ad S. Io. Chrysostomum⟩ de laudibus beatissimorum martyrum Sisinnii, Alexandri et Martyrii, quorum reliquiae per Iacobum virum illustrem ad Iohannem ⟨Chrysostomum⟩ episcopum urbis constantinopolitanae pervenerunt (M. 13, 552-558).

7. S. Hieronymi [1] (f. 154v) epistola 134 (M. 22), [2] (f. 155v) *Obiurgatio in eum qui se dicit penitentem et confessa peccata reiterat et in seculo conuersatur: ubi docet qui uere dicatur penitens* (M. inter opp. s. Hier. tributa 30, epist. 33), [3] (f. 158v) *eiusdem ad Tullianum* ⟨epistolae fragmentum⟩ inc. *Sancti*

corruunt si fuerint negligentes et peccatores: pristinum recipiunt gradum si sordes fletibus lauerunt, des. *semper a meliori parte incitamenta uirtutum sunt,* [4] (f. 159) sermo de quadragesima (in ms.... *ad abstinentiam inuitantis ubi etiam de tentatione saluatoris et mistico exitu de aegypto tractatur*; M. inter opp. s. Hier. tributa, 30, epist. 27). [5] (f. 160^{v}). S. Hieronymi epist. ad Marcellam de muneribus (in ms.... *gratias agens quae ad laudem dantis mystice interpretantur;* M. 22, epist. 44).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 82 signatur, titulos praefert rubros, praeter primum qui litteris aureis ac caeruleis alternis lineis exaratus est, initiales maiores tum caeruleas tum rubras, initiales maximas aureas peritissima manu lineis aureis, floribus et colore viridi pictas. In f. 1^{v} circulus pictus auro et coloribus cum floribus et globulis aureis; in medio circulo titulus codicis. Folii 2 tres margines eleganter ornati floribus, globulis aureis ac tessera gentilicia G⟨uidobaldi⟩ Vrbini DV⟨cis⟩ corona, quatuor aquilis et vexillo pontificio praedita, quam duo genii sustentant. Ff. I-III, 1^{v} 161, 162 vacua. Locuti sunt de hoc codice fratres Ballerini in eorum ed. operum s. Zenonis, Veronae 1739 (apud M. 11, col. 19).

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

505. An. 1421 (cf. f. 209^{v}), chart., mm. 286 × 205, ff. XVII. 225.

Benvenuti de Rambaldis romuleon seu compendium histor. rom.; **Cornelii Nepotis** vitae aliquot; sententiae ex iuribus canonico et civili; de Plinio et astronomica aliqua; Othonis IV imp. privilegium.

1 (f. 1). ⟨Benvenuti de Rambaldis seu de Imola, cf. Bandini, Biblioth. laurent. 2, col. 802⟩ *liber qui Romuleon intitulatur eo quia de gestis Romanorum tractat* ⟨a Troiae excidio ad Diocletianum⟩ *editus ad instantiam Magnifici et strenuissimi Militis domni Gometii* ⟨Albornoz⟩ *hispani* libri I-IX. Lib. 1 inc. *Sicut dicit orosius in ormesta mundi scribens ad beatum Augustinum maiores nostri orbem terrarum in tres partes diuiserunt.* Lib. IX des. *Seuerus cum incredibili multitudine per mare et terram ad Italiam rediit;* praeeunt [1] (f. V) ⟨Thedaldi (?), cf. Bandini l. cit., col. 803, rerum tabula in opus Benvenuti ordine elementorum digesta⟩: ⟨A⟩*scanius Enee filius fundauit Ciuitatem Albam cuius descendentes regnauerunt ibi usque ad Vrbem conditam - Vespasianus qualis fuit quantum ad corpus et corporis habitum;* [2] (f. 1) auctoris praefatio, quae inc. *Principibus placuisse uiris non ultima laus est inquid oratius in Epistolis suis hanc auctoritatem secutus* ac des. *et quia obscuritas est quamplurimum amica breuitati* (plura huius praefationis quaere apud Bandini l. cit.; ceterum romuleon italice versum ed. Guatteri in *Collezione di opere inedite e rare,* vol. 21-22, Bologna, Romagnoli 1867); [3] (f. 209^{v}) *hic anotata sunt nomina officiorum et dignitatum Urbis rome...: primo fuerunt reges quorum primus fuit Romulus - secundum ordinamentum Senatorum et populi Romani.*

2. Ex Cornelii Nepotis (in ms. *Emilii probi*) de excellentibus ducibus exterarum gentium vitis [1] (f. 211) vita Hamilcaris; [2] (f. 211^{v}) Hannibalis; [3] (f. 214) Titi Pomponii Attici.

3 (f. 218). ⟨Sententiae ex iuribus canonico et civili brevibus explationibus praeditae⟩. Inc. *Beneficium ecclesiasticum non potest licite sine institutione canonica optineri. hoc intendit si institutio fiat non beneficiata forma.* Ultima sententia: *Certum est quod is commictit in legem qui legis uerba complectens contra legis nititur uoluntatem - alia contra uide pr*⟨ope?⟩ *Di*⟨num⟩ *in sua lectura hic.*

F. III. Vita Plinii ex catalogo virorum illustrium Tranquilli Suetonii. (C. Suetonii Tranquilli deperditorum reliquiae, ed. Roth, Lipsiae 1886, p. 300-301): sed in ms. adduntur haec: *hic in his libris - continet titulorum* (in Plinii ed. Brotier, Londini 1826, 1, p. 151 in nota). Infra versus: *Plinius istoricus cognomine sumque secundus | Qui totum quod terra capit celumque perambit | Strinxi terdenis lepide septemque libellis | In quibus et duo sunt uigintimilia digna.*

F. 220^{v}. ⟨Versus I-VIII de costellationum natura⟩: *Leo sagittarius Aries arescunt*; propter marg. excisum abrumpuntur versu VII: *Cancer piscis scorpio frigida feruntur*... Deinde: *Calida sunt mascula... frigida sunt feminea*... et notula ad inveniendum pascha.

F. 221. Tabula ad inveniendam lunam singulis mensibus cum nonnullis explanationibus.

F. 221^{v} saec. XV. *Exemplum cuiusdam privilegii seu Indulti a domino Ottone* ⟨IV⟩ *Imperatore eiusdemque sigillo cereo munito in quo quidem ymago erat summi Imperatoris Ottonis*... Inc. ⟨Ott⟩*o quintus* (!) *dei gratia Romanorum imperator... Cum ex Imperialis dignitate.... massam beati Petri quae trabaria uocatur, idest plebem... ut nullus... per aliquas exactiones molestare uel grauare presumat... Datum in castris apud Insulam beati petri anno dominice incarnationis MCCVIIII Nonas octubris Indictione XIII.* Infra subscriptiones notariorum (Theiner, Codex diplomaticus dominii temporalis s. Sedis, Romae 1861, 1, p. 43-44).

Codex littera currenti exaratus subscriptionem exhibet rubris litteris in f. 209: *Scriptum et finitum per* (... rasura) *inceptum die Martis XV Iulii MCCCCXXI et finitum die XXII Septembris eodem die et millesimo.* Infra litt. rubris versus: *Mille tenet cuneus tercentum continet ala | Sexaginta sex legio sex milia sex quoque centum | Trigintaque cohors vigintiquinque maniplus | Centum centurio centum trigintaque turma |.* In f. IV nota possessorum: *Iste liber est meus baptistae Sanctucij de Urbino 1530. Inueni inter libros Reuerendissimi episcopi* ⟨Forosemproniensis⟩ *hieronymus Sanctucij de Vrbino.* Inferius alia manu posteriore: *Benvenuti de Rambaldis Romuleon.* Inferius: *Questo libro chiamato Romulion Comperai Io Stefano Cantonio da Vrbino notario fiorini cinque da Maria Piera moglie quale* (?) *de ch. etc. del Signor Nicolo de felixe. La quale pago a Raphaelló da piacenza suo creditore per uno legato facto a decto Raphaello in lo testamento Signor Nicolo.* Infra sententiae: *Non recordanda sunt*

benefitia data sed acetta (!): *Romani potius uolebant esse pauperes in diuite imperio quam diuites in paupere imperio.* Ff. I-III, IV^{v}, 222-225 vacua.

Tegumenti tabulae coopertae saec. XV corio castanei coloris cum fibulis ac litteris *s. n.*

506. Saec. XV in., membran., mm. 280 × 190, ff. I. 159.

Euclidis elementorum libri I-XV Io. Campano novariensi commentatore et interprete. Lib. I inc. *Punctus est cuius pars non est.* Lib. XV des. *quemadmodum propositum erat inscripsisse* (Venetiis 1482, Erhardus Ratdolt).

Codex, qui convenit n. 284 antiqui indicis urbin., initiales maiores praefert tum caeruleas tum rubras lineis, maximas lineis et coloribus ornatas. In marginibus sex priorum librorum duae manus possessorum addiderunt nonnullas explanationes. In f. 1^{v} circulus posterius pictus, corona laurea, auro ac floribus ornatus cum titulo operis. In f. 2 ornamentum colore caeruleo illitum una cum floribus in parte inferiore exhibet posterius additam tesseram gentiliciam quatuor aquilis et corona praeditam una cum litteris F⟨ridericus⟩ D⟨ux⟩ F⟨ridericus⟩. Ff. I, 1^{v} vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada Card. bibliothecarii.

507. Saec. XIV ex., membran., mm. 270 × 194, ff. 213.

Euclidis elementorum libri I-XV; **Ioannis** de **Sacrobosco** algorimus, computus et de sphaera; astronomica varia; cosmographiae libellus.

1. ⟨Euclidis⟩ elementorum (in ms. *Geometriae*) libri I-XV. Lib. 1 inc. *Punctus est cui pars non est.* Lib. XV des. *propositum erat scripsisse* (Venetiis 1482, Erhardus Ratdolt).

2. ⟨Io. de Sacrobosco seu Io. Halifax⟩ [1] (f. 145) algorismus. Inc. *Omnia que a primeua origine processerunt.* Des. *tam in unius quadratis quam cubitis* (de edd. cf. Graesse, *Trésor* etc. 6, p. 211). [2] (f. 154). De sphaera. Inc. *Tractaturi de spera quatuor capitulis distinguimus.* Des. *aut mundana machina dissoluetur* (Antuerpiae 1582). In marginibus notulae seu nonnulla scholia duabus manibus: I (f. 154^{v}). *Dicuntur autem planete astra errantia non quod irregulariter moueantur... que propter hoc fixe sunt.* [3] (f. 171). Computus. Inc. *Compotus est scientia considerans tempora ex solis et lune motibus.* Des. *quod nos hic fructificemus* (Parisiis 1551, p. 5-54).

3 (f. 200^{v}). ⟨Tabulae tres cicli solaris cum explanationibus⟩. Inc. *Tabula prima quae dicitur tabula lunae quae docet in quo signo sit luna... tabula secunda tabula terminorum dicitur... Tertia tabula principalis garlandi dicitur.* Des. *omnia per ordinem inueniuntur:* Infra parva tabula kalendarum, nonarum et iduum per XII menses.

4 (f. 204) (manu saec. XV). ⟨Kalendarium astronomicum et ecclesiasticum cum litteris dominicalibus et clavibus terminorum⟩. Notandi sunt

inter sanctos 4 Iul.: *translatio sancti martini* - 24 Sept.: *conceptio s. Iohannis baptistae* - 20 Nov.: *sancti eadmundi regis et uir.*

5 (f. 210ᵛ). ⟨Cosmographiae libellus⟩. Inc. *Nos iusta ueram imaginem astrologicam inchoantes intelligimus mundum esse corpus spericum et solidum cuius centrum est punctus qui est in medio terrae.* Des. *in stellis uero et planetis hinc et inde.*

F. 210. Tabula docens in quo loco sit Sol in primo kalendarum, mensis, anni.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 283 signatur, tribus manibus videtur exaratus. Prima ff. 1-203, secunda ff. 204-209ᵛ, tertia ff. 210-213. Tituli minusculis rubris, litterae initiales maiores tum caeruleae tum rubrae coloribus, initiales maximae coloribus praesertim caeruleo, auro et animalium capitibus decoratae sunt. In margine inf. folii 1 tessera gentilicia fridericiana una aquila praedita posterius addita est. In textu schemata coloribus picta sunt. Ff. 143ᵛ, 144, 170ᵛ, 200 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

508 (olim 1318, cf. tegumentum). Saec. XV, membran., mm. 270 × 186, ff. 201.

Christophori Landini disputationum camaldulensium libri I-IV. Liber 1 inc. *In agrum nostrum Casentinatem cum uenissemus.* Lib. IV des. *quod reliquum diei est ualitudini impendamus. Finis;* praeit (f. 1) auctoris dedicatio ad illustrissimum Fridericum Vrbinatum principem, quae inc. *Ex omnibus studiis, illustrissime Federice, quibus quidem uariis* ac des. *et id paucis unde huiuscemodi sermo originem sibi sumserit* (contuli cum ed. sine notis typographicis sed saec. XV impressa fortasse Florentiae, de edd. cf. Graesse, *Trésor* etc. 4, p. 94).

Codex, qui convenit n. 253 antiqui indicis urbin., titulum praefert libri I aureum, reliquos rubros, initiales maximas aureas perita manu eleganter floribus et coloribus ornatas. Tegumenti paginae aversae adglutinata est pergamena, in qua peritissima manu italica pictae sunt simillimae imagines Friderici II urbinatis et Christophori Landini. Folii 1 margines floribus, frondibus, bestiis, tessera gentilicia, aquila, casside, corona et quatuor aquilis praedita, atque octo circulis decorati sunt. In tribus circulis marginis superioris imagines Fides, Spes et Charitas, in circulo sinistrae partis Landinus ad tabulam scriptoriam, in circulo partis dextrae Landinus librum suum Friderico duci offert. In tribus circulis marginis inferioris tessera ac duo insignia (hermellina et struthio) Friderici Urbini ducis. Ff. 199ᵛ-201 vacua.

Tegumenti tabulae contectae sunt saec. XV corio castanei coloris cum fibulis.

509. Saec. XV, chart., mm. 285 × 196, ff. VI. 102.

⟨**Minuti Antonio**⟩ vita di Muzio Attendolo Sforza (Lamberterghi Iul. ed. in *Miscellanea di storia italiana,* Torino 1869, 7, p. 103-305); sed operis prooemio praemittitur titulus: (f. III) *Initium et origo generationis Magnanimi et probatissimi viri et domini domini Sfortie de Attendolis de Cotognola repertum per*

serenissimum principem dominum Robertum de Baueria Romanorum Regem in Padua Anno domini 1397: desinit autem opus verbis: *in altre carte.*

Codex littera currenti duabus manibus exaratus est. Prima scripsit ff. 1-29, 80-100, secunda suplevit ff. II, III-V. 31-78. Prima initialis folii 1 auro et coloribus ornata est, initialis in f. III caerulea lineis rubris distincta. Ff. I, II^{v}, VI, 30, 78^{v}, 79, 101, 102 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

510. An. 1476 (cf. f. 203^{v}), chart., mm. 296×207, ff. 204.

Ioannis Guallensis (in ms. *galensis*) <senioris> de ordine fratrum minorum 1 (f. 1) breviloquium de virtutibus. Inc. *Quoniam misericordia et ueritas custodiunt regem... ymo quatuor uirtutes cardinales scilicet... sunt quasi quatuor columpne siue quatuor postes.* Des. *Vbi uis permanere ego uita.* 2 (f. 25). Summa collectionum. Inc. *Cum collectionis huius quae potest dici summa collectionum sint septem partes.* Des. *hic affectus, hic actus procul dubio erit omnibus uita eterna comunis psalmus Beati enim qui habitant in domo tua... Laudabunt te. Et hic finis premisse collectionis. Amen.* (De editionibus duorum operum cf. *Hist. littéraire de la France,* Paris 1869, 20, p. 180 et seqq.).

F. 204^{v} remedium *a mal de p<un>ta.* (Ibid.). Ex epist. Demostenis ad Alexandrum: *Nulla enim de uirtutibus tuis generosior misericordia - clementia est que nos deo redit* (!) *equales.* (Ibid.) *pilola da descargar la testa per catarro.*

Codex littera currenti et duabus columnis scriptus titulos exhibet rubros, initiales litterae desunt. In f. 203^{v} subscriptio librarii: *Explicit summa collectionum composita per fratrem Iohannem galensem de ordine fratrum minorum. In Anno domini 1476, tempore regiminis Magnifici et generosi domini domini benedicti triuisani patritii Venetiarum et civitatis Vincentie pretoris dignissimi exemplatum fuit hoc uenerabile opus. De quo referamus gratias Christo.* F. 204 vacuum est.

Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XVIII.

511 (olim. 977, cf. f. 1). An. 1449 (cf. f. 168^{v}), membran., mm. 300×216, ff. III. 171.

F. 5^{v}. **Bartholomaei <a s. Concordio> de Pisis** ord. praed. summa de casibus conscientiae (vulgo pisanella). Inc. *Quoniam, ut ait gregorius super ezechiel: Nullum omnipotenti deo tale sacrificium est.* Des. *tunc est inuidia ut dictum est super Inuidia §. 2.* Sequitur: *Haec est quaedam declaratio et utilis actestatio quorumdam doctorum de iurisconsultis - sigilla nostra duximus apportanda;* praeit (f. 2-5^{v}) tabula verborum seu capitum ordine alphabetico: *Abas-Abbatissa - Ystrio. Vide supra histrio. Zelus.* (Contuli cum ed. an. 1474, Venetiis per Franciscum de Hailbrun et Nicolaum de Frankfordia, a qua in nonnullis codex differt).

Codex numeris 195 vel 196 antiqui indicis urbin. convenire potest. Binis columnis exscriptus in f. 168^{v} habet: *Expletum fuit hoc opus per me Nicolaum lapi de Dietaiuti*

canonicum pratensem anno domini MCCCCXLVIII° *die uigesima quinta mensis iunii. Amen.* Initiales litterae maiores tum caeruleae tum rubrae lineis ornatae sunt. In f. 1ᵛ circulus corona laurea, auro ac floribus decoratus cum titulo operis. Folii 2 margines auro, floribus, avibus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis, quatuor aquilis et clavibus pont. praedita, posterius decorati sunt. In f. 5ᵛ ornamento aliquanto antiquiori frondibus et auro constanti in margine inferiore addita est tessera gentilicia eiusdem ducis sine aquilis. In prima initiali manu italica fratris Bartholomaei de Pisis dimidia imago. Ff. I-III, 1ʳ, 169-171 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

512 (olim. 722, cf. ff. II et 1). Saec. XVI, chart., mm. 422×274, ff. X. 318. Chronica varia urbis, familiarum ac ducum venetorum dialecto veneta.

1 (f. X). *Chronicha in breue forma de la magnificha et Inclita Citta de uenetia et del suo distretto.* Inc. *Al nome sia de Dio padre et fiol et del Spirito santo et del Euangelista misser San Marcho protetor et gouernador nostro che dio per longo tempo me salui guardi et Mantegna. In questo tratado e la Cronicha in breue forma della magnificha et inclita Citta di uenetia et dèl suo distretto la qual Cita era circhondata in torno dal mar.* Des. *et Nota che gli anafesti et ordelafi sono una cosa medema li quali al presenti sono chiamati falieri.*

2 (f. 15). ⟨Chronicon familiarum nobilium ordine alphabetico cum tesseris gentiliciis⟩ (in ms. *Avanti che Nuj digamo delli doxi... inprima diremo de... Nobeli che ueneno ad abitar in queste lagune et de doue che loro veneno e quello che Cadauno de loro feceno far nelli suoi tempi).* Inc. *Anafesto: questi ueneno da le Contrade et il primo doxe che fu fato in racliana dita eradia (!) et al presente chiamata Cita nuoua fu miser paulucio anafesto et fu del 703, mancho questa Casada del 714 in el ditto doxe misser paulutio - Albani: questi ueneno da Iustinopoli* etc. Des. *Zeni: questi uene da buran de mar... fece edifichar la Chiesa de san Canzian et fono fatti nobelli del 800.*

3 (f. 83). ⟨Chronicon brevissimum ducum venetiarum usque ad annum 1545... cum tesseris gentiliciis ducum⟩ ordine chronologico. Inc. *Paulo Anafesto al presente dito falier fu eleto primo dose in la provincia de uenetia zoe in la cità de racliana al presente dita cita nuoua Corando gli ani 695, il quale fo degnamente azetado dal populo el qual regno in dogado 9 anj et 6 mesi et fo sepulto in la chiesa mazor in racliana.* Des. *Francescho donado prochurator fo elleto 74 dose in uenetia del 1545 el quale uiuete in dogado ann... mesi... giorni et fo sepulto nela chiesa...*

4 (f. 94). ⟨Chronicon alterum ducum usque ad annum 1473 cum tesseris gentiliciis ducum⟩. Inc. *Paulutio Anafesto al presente dito falier per la Idio gratia fo Elletto primo doxe... In tempo del ditto doxe un re ditto lion de longobardi uoleua usurpar li confini.* Abrumpitur chronicon: *Nicolo marcelo fo elleto 64 doxe de uenetia*

del 1473. Soto de questo doxe el fo fato in sala de gran Consegio Con noue figure... fo stampato una moneda darzento la qual dal suo Cognome sono chiamati in fino al di de ozi marceli.

Codex littera currenti scriptus titulos atque initiales maximas praefert rubras. Tesserae gentiliciae ducum et familiarum nobilium in marginibus coloribus ornatae sunt; sed interdum scuta tantum picta sunt ad excipiendas ducum tesseras gentilicias. Ff. I-IX, 7, 8, 82^v, 92^v, 93, 274^v-318 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

513 inter libros impressos translatus continebat opera s. Hieronymi.

514. Saec. XVII in., chart., mm. 300 × 223, ff. 257 (+ f. 1$^{a\,b}$).

Nicolai Viti Gozzi patritii reip. ragusinae tractatus. **1** (f. 1^b). De anima. Inc. *Si pulcherrima et sapientissima cognitio a sapientissimis quibusque habita sit illa quae est cognoscendi suipsius.* Des. *Immortales ago gratias Diuinae Maiestati. In mea Arcadia pridie kal. Iulij MDXCI;* praeit (f. 1) auctoris epist. dedicationis Francisco M^{ae} ⟨II⟩ Duci Vrbinati, quae inc. *Cum tot ac tantis exhantlatis laboribus uigiliis atque sudoribus hosce quatuor tractatus absoluissem.* Des. *Ragusii XIX kal. Februarii MDCIIII.* **2** (f. 66). De daemonibus. Inc. *Cum librum, quem de anima humana inscripsi, absoluerim, uidetur mihi post illum ordine sequi debere ueram declarationem alterius substantiae intellectualis.* Des. *beatis ipsorum administris percurrere ualeam. Rure XIII kal. Iunii MDXCII.* **3** (f. 117). De angelis. Inc. *Postquam opusculum meum de daemonibus perfeci, mea mente speculationi Angelorum magnopere uacans, qui fere nostram cogitationem transcendunt, cum etiam atque etiam mecum ipse de illis cogitarem.* Des. *cum ego non sine multis lacrumis restiti. Finis. Rure, tertio Nonas Sextiles MDXCII.* **4** (f. 186). De Deo. Inc. *Cum meum ducem destinatum alia uia a prima sequerer meosque oculos in ore beato illius defigerem cum stupore et timore uidebar mihi non ad obscuram diei partem sed ad lucidam peruenisse.* Des. *His a me ita dictis post diuturnum somnum repente excitatus sum. Rure nono Idus octobris MDXCIII.*

In marg. infer. folii 1 alia manu: *Nunc sacrae theologiae ac philosophiae doctore.* F. 1^v vacuum est. In marginibus signantur auctores et opera, e quibus desumptae sunt sententiae.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

515. Saec. XVII, chart., mm. 268 × 203, ff. III. 230.

⟨Giorgi⟩ **Bartholomeo** vescovo di Pesaro ⟨minore osservante⟩ *l' Hinno che canta santa Chiesa ne suffragij de' Fedeli Defonti Dies irae dies illa, etc. esposto et dichiarato in uenti sermoni.* Sermo I inc. *Dies irae, dies illa etc.: Quel Santissimo*

Apostolo, et Euangelista Giovanni, tanto amico, e famigliare del figlio di Dio, ch'era chiamato il suo diletto, stando nell'Isola di Pathmos astratto nelle sue uisioni. Sermo XX des. *quanto al Christiano bramarsi la gloria del Cielo, ch'è sommo bene doue non si pate pugna ne male alcuno (dic): ma per hauerla bisogna lasciare li peccati (dic).*

Ff. I, II^{v}, III, 228^{v}-231 et plura alia in textu vacua sunt.
Simplici membrana contectus est codex saec. XVII.

516-517. Saec. XVII, chart., mm. 285 × 20.

⟨Repertorium locorum, in quibus **Dionysius de Leewhis** carthusianus, **Gregorius de Valentia** societ. Iesu, **Scotus, Ocham** loquuntur de nonnullis quaestionibus theologicis⟩ (in m. *Angeli Baptis Chartus. de v... Repert. T.* 7°).

I (516) continet ff. I. 213.

Quaestiones: [1] (f. 1) de angelis, [2] (f. 56) de baptismo, [3] (f. 80) de charitate, [4] (f. 92) de Christo, [5] (f. 165) de Deo. Quaestio de angelis inc. *Vtrum Angelus possit illabi cuicumque creaturae rationali Hok*⟨am⟩ *in 2. q. 20. Vtrum sint Angeli* ⟨Gregorius de⟩ *Valent*⟨ia⟩ *in Comm*⟨entario⟩ *theologico prima parte Disput. 4. q. 1. puncto 1º.* Quaestio de Deo des. *Vtrum Deus possit praecipere quod est contra suam uoluntatem. Carthus*⟨ianus⟩ *in primo, distinctione 47 q. 1.*

II (517) ff. II. 148.

Quaestiones: [1] (f. 1) de anima, [2] (f. 44) de caelo, [3] (f. 48) de confessione, [4] (f. 60) de confirmatione, [5] (f. 70) de daemonibus, [6] (f. 90) de eucharistia, [7] (f. 107) de homine primo, [8] (f. 125) de lege et legislatore, [9] (f. 131) de matrimonio, [10] (f. 136) de peccato, [11] (f. 141) de impedimentis. Inc. *Anima an sit quae et qualis. Quid sit anima hominis Valent*⟨ia de Gregorius⟩ *in Commentario Theologico prima parte Disputatione 6, quaest. 1. puncto primo. Vtrum anima rationalis sit independens a corpore et incorruptibilis. Valent*⟨ia⟩ *in Commentario Theo. p. p. Disp. 6. q. 1. puncto 3º.* Des. *Vtrum coniux ad fidem conuersus possit cum coniuge infideli commorare. Scotus ibi n. 3.*

Duorum codicum folia magna ex parte vacua sunt, sententiae autem longis intervallis vacuis inter se distinguntur.
Tegumentorum dorsi exhibent tesseras gentilicias Pii IX.

518 (olim 77, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 273 × 181, ff. I. 149.

S. Basilii caesariensis archiep. 1 (f. 5^{r}) adversus Eunomium libri I-V Georgio Trapezuntio interprete. Lib. 1 inc. *Si omnes super quos dei ac sal-*

uatoris nostri yhesu Xpisti nomen inuocatum est. Lib. V des. *Qui vero domino adheret unus spiritus est* (operum s. Basilii M. t. 1, Parisiis 1547, f. 164v-194r); praeeunt [1] (f. 2) Bessarionis card. niceni praefatio *ad Nicolaum V (!)*, quae inc. *Beatissimo patri Eugenio pape quarto sanctissimo maximoque pontifici Bissarion Cardinalis grecus basilice XII apostolorum almeque sanctitati sue dicatissimus. Cum cogitarem pater sanctissime quodnam tibi congruum* ac des. *quantum de me sanctitas tua benemerita sit clementissime pater;* [2] (f. 4) Georgii Trapezuntij ad reuerendissimum patrem Bissarionem card. exhortantem ad traductionem magni Basili responsio, quae inc. *Accepi litteras tuas, Reuerendissime pater ac domine, quibus a me petis ut magno illi basilio* ac des. *summa cum admiratione apud grecos habeatur.* 2 (f. 96). Ad Amphilochium Iconii episc. de spiritu sancto ⟨eodem interprete cf. epistolas Bessarionis et Trapezuntii⟩. Capita I-XXX. Cap. I inc. *Laudaui diligentiam tuam in discendo atque industriam et mirum in modum letatus sum inquisitione ac uigilantia.* Cap. XXX des. *Prestabit enim dominus uel per nos uel per alios perfectam eorum que restant absolutionem iuxta cognitionem que dignis a spiritu prebetur* (cf. Bandini, Biblioth. laur., 1, col. 357).

Codex, qui convenit n. 96 antiqui indicis urbin., titulos rubros praefert, initiales maiores tum caeruleas tum rubras, initiales maximas aureas floribus ornatas. In f. 1 circulus corona laurea ac floribus decoratus cum titulo primi operis litteris aureis ac caeruleis. Folii 2 tres margines floribus, avibus, genio, insignibus garterii ordinis et ventosa, tessera gentilicia Friderici Urbini ducis, duabus aquilis et vexillo pontificio praedita, ornati sunt. Ff. I, 1r, 148v, 149 vacua. In margine inferiore posterioris tegumenti *n. 309.*

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

519 (olim 134, cf. f. 1). Saec. XIV, membran., mm. 250×179, ff. II. 165.

Flores moralium s. Gregorii papae (in manuscripti subscriptione: *Flores moralium Iob*) libri I-XXXV. Liber I inc. *Vir erat in terra... et recedens a malo. Hus est in terra gentilium. Dicitur itaque ubi sanctus uir habitauit.* Liber XXXV des. *lector meus iure compensationis me superat si sicut per me uerba accipit per me lacrimas fundit;* praeit (f. 1) prologus *in libro beati Iob: Queritur quis libri beati iob scriptor habeatur. Et alii quidem moysen. Alii unum quemlibet ex prophetis scriptorem huius operis fuisse suspicantur. - Indignum est enim ut uerba celestis oraculi restringantur sub regulis donati* (cf. M. 75, 501-502).

Codex, qui convenit n. 65 antiqui indicis urbin., duabus columnis est exaratus. Tituli rubri, initiales litterae maiores auro, frondibus et coloribus sunt ornatae. In f. 165 fragmenta institutionum civilium de testamentis cum glossis. Ff. I, II vacua. In margine inferiore folii 1 addita est tessera gentilicia F⟨riderici⟩ Urbini C⟨omitis⟩ una aquila praedita.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

520 (olim 138, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 240 × 141, ff. I. 161.

S. Gregorii Magni dialogorum libri I-IV (M. 77, 149-429); singulis libris praeeunt capita, I. *De sancto honorato.* II. *de sancto libertino.* III. *de Monacho ortulano.*

Codex, qui convenire potest nn. 62, 63 antiqui indicis urbin., titulos exhibet rubros, litteras initiales maiores tum caeruleas tum rubras, initiales maximas aureas lineis et coloribus decoratas. In folii 1 margine inferiore ornamento picto addita est tessera gentilicia fridericiana quatuor aquilis praedita. Ff. I, 160ᵛ, 161 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

521 (olim. 78, cf. f. 2). Saec. XV in., membran., mm. 236 × 171, ff. I. 220 (— f. 4, 5 librarii oscitatione transactis).

SS. Ioannis Chrysostomi, Ioannis Climaci, Macarii aegyptii, **Athanasii, Basilii** opera aliquot; pseudo **Amphilochii** vitae s. Basilii compendium; de laudibus s. Pauli apost.

1 (f. 1ʳ). ⟨Pseudo Amphilochii vitae s. Basilii compendium⟩ (in ms. *Sub compendio exceptuatio de legenda sanctissimi et deiferi patris nostri basilii quam edidit amphilochius episc. iconii*). Inc. *Basilius solus super terram equalitatem ostendit.* Des. *uidelicet libros quos per spiritus sancti operationem conscripsit quos romana ecclesia plenissima auctoritate confirmat in gloriam et laudem domini nostri iesu christi cum quo est patri gloria una cum sancto spiritu nunc et semper* (cf. M. 73, 295 sqq.).

2 (f. 2). ⟨De laudibus s. Pauli apostoli⟩. Inc. *Iohannes crisostomus in libro de laudibus pauli nihil prorsus errauit qui pratum quoddam insigne uirtutum ac paradisum spiritualem pauli animam nuncupauerit. Que autem lingua laudibus eius inueniatur equalis cum omnia que sunt in omnibus bona.* Des. *quia per ipsos euangelii magis flamma crescebat.*

3 (f. 8). S. Ioannis Chrysostomi epist. ad Cyriacum ep. exulantem ⟨iuxta veterem versionem⟩. Inc. *Age iam iterum et uulnus accidie a te exauriam et dissipabo cogitationes tuum intellectum nube et turbine opprimentes.* Des. *que est a terrena et uitiosa affectione habebit in deum caritatem. Deo Gratias. Amen.* (cf. M. Patr. gr. 52, 681 sqq.).

4. S. Ioannis Climaci seu scholastici [1] (f. 12ʳ) scala paradisi iuxta veterem versionem cum scholiis ⟨s. Ioannis raithuensis⟩. Inc. *Bono et super bono et toto bono deo et rege nostro, pulchrum est enim ex deo ad dei famulos principium facere.* Des. *omnium bonorum calitas inest et erat et erit per infinita secula. Amen* (de traductore cf. M. Patr. gr. 88, col. 613 sqq.; de scholiis cf. l. cit., 1211-1248); praeeunt [a] (f. 9ᵛ) *praecontemplatio sancte scale: Iuxta numerum etatis*

christi - ita qui sunt sermones incipiemus (Bibliotheca patrum, Lugduni, 10, p. 507); [b] (ibid.) *vita sub compendio sancti Iohannis abbatis montis synay dicti scolastici qui scripsit has tabulas uidelicet sanctam scalam quam daniel humilis monachus raythu scripsit* ⟨anonymo interprete⟩: inc. *Que nempe ut sic loquar auditu digna civitas fuerit generosum et diuinum - actiua interius et contemplatiua continentes documenta* (cf. Bolland., Biblioth. hagiograph. lat.: *Iohannes Climacus*); [c] (f. 11) epigramma: *Temptaui in breuibus predicare plurima - vel recidimus iterum* (Molinier, *Biblioth. Mazarine*, Paris 1885, I, p. 300); [d] (ibid.) *epistola abatis Iohannis ducis monachorum Raythu ad uenerabilem iohannem abbatem montis synay cognominatum scolasticum nouissime uero a conscriptione nominatum climacum: Super mirabili equali angelo patri patrum... in domino gaudere: Cognoscentes nos imperfecti tuam in domino non discernentem precipuam - ad deum uniuersis ostendes. Vale in domino uenerandissime pater;* [e] (f. 11ᵛ) *responsiva epistola iohannis scholastici.... dicti climaci....: Iohannes Iohanni gaudere. Subscepi itaque conuenientem pudice tue et impassibili uite - et propositi deus mercedem tribuit;* [f] (ibid.) prologus: *His qui in libro uite in celis describi eorum nomina uolunt - finis vero est deus caritatis;* [g] (f. 12) gradus (capita) *De fide spe et caritate - de fuga mundi et abrenuntiatione terrenorum ascensus et gradus primus* (cf. M. patr. gr. 88, 623-630). [2] (f. 69ᵛ). Ad pastorem sermo ⟨iuxta veterem versionem⟩. Inc. *In inferiori quidem libro o admirabilis ego te omnium nouissimum posui et ordinaui in superno.* Des. *et in se ipsa illuminationem et perfectionem sui ipsius beatam ferens. Deo Gratias. Amen* (cf. M. l. cit., col. 1166 et Rose, *Verzeichnis der lat. Handscrift. d. kön. Bibliot. zu Berlin*, Berlin, 1901, 2, p. I, p. 128). [3] (f. 73). *Commendatio sancti Iohannis climaci et sermonis uidelicet libri huius edita a Iohanne abbate raythu, in qua fere totum sermonem breuissime mistice exponit commendando in ea scribentem.* Inc. *Quale utique descripsisti.* Des. *Consumatori bonorum Deo gratias agamus. Amen* (Max. Biblioth. vet. Patrum, Lugduni, 10, p. 506-507).

5. S. Macarii aegyptii ⟨opuscula ascetica iuxta veterem versionem⟩ (in ms. *liber sanctissimi et divini Macharii cap. primum. Quod non solum gratia sed et liberi arbitrii cohoperatione ad perfectam mensuram spiritualis etatis peruenitur*). [1] (f. 76). ⟨De perfectione in spiritu⟩. Inc. *Gratia quidem et dono diuino spiritus quilibet nostram salutem subscipit fide autem et caritate Agone autem destinationis liberi arbitrii.* Des. *Et ob hoc contigit fieri non acceptabile donum* (cf. M. Patr. gr. 34, 842-851). [2] (f. 78). ⟨De oratione⟩ (in ms. *De sublimitate orationis et bonorum qui sortiuntur per eam*). Inc. *Capitulum omnis beate sollicitudinis et uertex directionum orationis assiduitas est. per quam et aliorum uirtutum possessores effitimur.* Des. *Unius bone radicis existere ger-*

mina (cf. M. l. cit., 854-866). [3] f. 80). ⟨De patientia et discretione⟩ (in ms. *De signis et operibus obedientium deo et eorum qui non faciunt fructum uite. XXXIII).* Inc. *Obedire dei uerbo uolentes ac bonum fructum colentes hec signa secuntur gemitus luctus meror quies.* Des. *cibus potus gaudium pax et quod uniuersum est uita eterna* (cf. M. l. cit., 866-890). [4] (f. 84v). ⟨De elevatione mentis⟩ (in ms. *Quod gloria uultus Moysi fuit tipus gratie spiritus sancti et glorie corporis que erit in resurrectione. LII).* Inc. *Moyses beatus typum ostendit per eam que in fatie ipsius splenduit spiritus gloriam.* Des. *et absque ista ueritate impossibile penitus aliter aut ueritatem cognoscere aut salutem participare* (cf. M. l. cit., 890-907). [5] (f. 87v). ⟨De caritate⟩ (in ms. *Quomodo per ueram abrenunctiationem et humilitatem. sapientiam crucis addiscere est possibile. LXXXIIII*). Inc. *Quasi in apparentibus istis exteriori abrenuntiabo homini cibans atque facultates dispergens in pauperes.* Des. *et satage humile cor atque contritum habere* (cf. M. l. cit., 907-936). [6] (f. 92v). ⟨De libertate mentis⟩ (in ms. *De Christi descensu ad infernum cordis nostri. CXV).* Inc. *Cum audieris quod et descendens Christus in infernum habitantes detentasque ibi animas eripuit non longe arbitreris.* Des. *Vide autem caritatem ineffabilem et archanam regis ad imaginem sui ipsius ab ipso factum hominem. Quia ei conuenit gloria... et nunc et semper...* (cf. M. l. cit., 935-967; in f. 98 iterantur tituli capitum 150, qui singulis capitibus praemittuntur). [7] (f. 100). *Epistola sanctissimi ac diuini patris nostri Macharii nimium utilis ad cenobitas.* Inc. *Uniuersorum rex et amator hominum deus beatus occasiones hominum generi dat sempiterne ad futurorum perfectum unumquemque sumere uolens nutu benignitatis admonens.* Des. *et dei habitaculum mundum facti in futuro resurrectionis die perfecte christo conglorificati et conformes corpori claritatis sue et glorie digni facti conregnare et esse cum ipso requie ineffabili requiescemus in infinita secula seculorum. Amen;* praeeit interpretis monitum: *Principium prime epistole eiusdem sancti Macharii quod continet summe et diligenter intentionem religiose uite et christiane perfectionis et libertatis, in qua continentur XXXII capitula ex illis centumquinquaginta que primo transtuli et puto quod in illis centum quinquaginta capitulis sit breuiter reducta duarum epistolarum eius sententia. De quibus Beatus Arscnitis dixit monachis rogantibus eum aliquid scribere ad utilitatem monachorum. Quod omne quod necessarium et expediens est ad religiosam et apostolicam comunem uitam Beatus Macharius perfectissime et plenissime atque catholice in eis scripsit.*

6 (f. 109v). S. Athanasii epist. ad Marcellinum de libro psalmorum (Vezzosi, Thomasii opp., Romae 1747, 2, p. VIII-XXVIII) sed pars posterior epistolae scripta est in marginibus ff. 111v-112; ibid. scholium: *sanctus Gregorius Nyssenus frater s. Basilii De diapsalmate* ⟨e tractatu II in psalmos cap. X⟩:

Oportet uero neque diapsalma preterire sine contemplatione. - Dialimma uero ab interpretibus nominatum est diapsalma (cf. M. Patr. gr. 44, 534, D.-535, D.).

7. S. Basilii (?) ascetica iuxta veteres versiones. [1] (f. 114v). ⟨Prooemium in constitutiones monasticas⟩. Inc. *Omnem sapientiam que est secundum Christum denuo readsumens.* Des. *a fumo passionum intuitum cogitationum exturbans* (cf. M. Patr. gr. 31, 1322-1326, A, 8). [2] (f. 115). *Secundus prologus exercitatiuus super regulam quam spiritu sancto sibi reuelante conscripsit ad monachos. De modo perfecte et catholice obseruantie euangelice et religiose uite.* Inc. *Domino nostro ihesu christo precipiente quod dico uobis in tenebris.* Des. *qui ydonei erunt et alios docere* (cf. Combefis, Basilius M. ex integro recensitus, Parisiis 1679, 2, p. 98-102). Subnectitur [3] (ibid.) ⟨sermo de iudicio dei⟩. Inc. *Dei boni suauitate et benignitate.* Des. *et ita subiungere moralia* (cf. M. l. cit., 654-675). [4] (f. 118v). *Tertius prologus exercitatiuus secundum regulam sancto patri nostro basilio diuinitus reuelatam quam ad monachos scripsit.* Inc. *Quibus nempe diuina lex non in atramento.* Des. *cum domino nostro ihesu christo requiescamus in secula seculorum* (cf. Combefis, l. cit., p. 106-121). [5] (f. 119v). *De religiosa exercitatione et euangelice uite perfectione canon seu regula ad sanctum gregorium theologum.* Inc. *Cognoui tuam epistolam tamquam qui amicorum pueros ex apparenti in eis similitudine ad parentes suos cognoscunt.* Des. *a primo uitiorum intuitum cogitationis acute exacerbatum* (cf. M. Patr. gr. 32, epist. 2). [6] (f. 122). ⟨S. Basilii seu Eustathii sebasteni constitutiones monasticae iuxta veterem versionem⟩ (in ms. *de ęo quod oportet orationem preponere omnibus*). Inc. *Omnis actio carissime et omne uerbum dominį.* Des. *In qua et bene placentes nos ostendat ihesus Christus ad gloriam sancti sui adorandi nominis et sanctissimi eius patris...* (cf. M. l. cit., 31, 1326-1427). [7] (f. 136). ⟨Sermo asceticus⟩ (in ms. *Instructio de abrenuntiatione uite et perfectione spirituali*). Inc. *Venite omnes qui laboratis et honerati estis... siue requiem que est ibi.* Des. *in charitate lampadarum anime christo coexultas in secula seculorum* (cf. M. l. cit., 626-647). [8] (f. 139). ⟨Sermo asceticus⟩ (in ms. *prologus... de exercitatione euangelice uite*). Inc. *Exercitatiua uita unam destinationem et scopon habet anime salutem.* Des. *et per illam loquetur que oportet loqui* (cf. M. l. cit., 882-887). [9] (f. 140v). ⟨In regulas brevius tractatas prooemium⟩ (in ms. titulus longior ut in cod. 59, f. 32, quem vide). Inc. *Amator hominum deus.* Des. *ad id quod honestum est disponatis* (cf. M. l. cit., 1079). Subnectitur [10] (ibid.) ⟨in regulas fusius tractatas prooemium⟩. Inc. *Et quoniam dei gratia in nomine domini.* Des. *dominus noster ueniat* (cf. M. l. cit., 890-902). [11] (f. 142). ⟨Regulae fusius tractatae⟩ (in ms. *Interrogatio monachorum ad sanctum basilium*). Inc. *Quoniam nunc potestatem dedit nobis sermo.* Differunt in posterioribus interrogationibus et responsionibus; ultima interroga-

tio: *Si omnis qui baptizatus est baptismate, quod est in euangelio domini nostri... debitor est mortuus quidem esse peccato uiuere autem deo in christo idest domino nostro,* inc. *Si omnis (!) qui regnum dei concupiscimus gratiam similiter baptismatis* des. *et sollicitudinem non pigram multiplicauerit participatam sibi gratiam sicut scriptum est. Finis tractatus... ad religiosi studii catholicum fulcimentum per spiritum sanctum reuelata* (cf. M. l. cit., 906-1051). [12] (f. 169v). ⟨Regulae brevius tractatae⟩ (in ms. *Initium capitulorum sub breuitate dictorum eloquiorum Regule sancti basilii).* ⟨Prima interrogatio⟩ inc. *Si licet et expedit alicui permittere a seipso et facere ea que bona esse existimat.* Ultima responsio des. *derelinquere nos uerbum dei et ministrare mensis* (cf. M. l. cit., 1051-1306). [13] (f. 197r) ⟨Sermo asceticus⟩ (in ms. *De uera uirginitate et uirtuosa exercitatione*). Inc. *Homo ad ymaginem dei factus et similitudinem.* Des. *contentus a tali malo* (cf. M. l. cit., 870-882). [14] (f. 198v). ⟨Poenae in monachos⟩ (in ms. *Increpationes sancti basilii*). Inc. *Si quis sanus existens corpore.* Des. *segregentur ebdomadibus duabus.* (cf. M. l. cit., 1306-1315). [15] (f. 200). ⟨Epistola 173⟩ (in ms. *De regulari uita ad canonicam*). Inc. *Pigriores nos facit ad scribendum paucissimi;* subnectitur supplementum ⟨ex epist. 22⟩: *Multis uero existentibus - et cooperatione domini nostri Ihesu Christi* (cf. M. l. cit., vol. 32, 647 et notam 91). [16] (f. 201v). De baptismate ⟨liber primus iuxta veterem versionem⟩. Inc. *Dominus noster Jhesus Christus unigenitus filius dei uiui.* Des. *et mundo et nobis ipsis uiuamus autem deo ihesu Christo in domino nostro* (cf. l. cit., 31, col. 1513-1573 inter dubia). [17] (f. 210v). ⟨Epist. 150⟩ (in ms. *arphylochio qui erat aput eracliam de exercitatione monastice uite*). Inc. *Ego et de collatis invicem.* Des. *prebet accedentibus ad eum uirtutem* (cf. M. 32). [18] (f. 211v). ⟨Fragmentum alterius epistolae⟩: *Taliter sicut dic⟨unt⟩ abdicans uite huius uanitatem - uestra in christo caritas et sine me fatiat.* [19] (ibid.). ⟨S. Basilii (?) admonitio ad filium spiritualem⟩ (in ms. *Basilius de militia spirituali ad informationem plenariam cuiuscumque introducti nouiter in spirituale stadium* (inter opera s. Benedicti Anianensis, M. Patr. lat. 103, col. 683-700). Subnectitur [20] (f. 217) ⟨sermo de ascetica disciplina iuxta veterem versionem⟩. Inc. *Stude o monache diligenter ne pœnes... oportet enim monachum.* Des. *cum quibus inueniri satagamus gratia domini nostri.... cui gloria.... Finis regule s. Basilii cesaree cappadocie episcopi deo gratias* (cf. M. Patr. gr. 31, 647-651).

Codex, qui convenit n. 112 antiqui indicis urbin., biuis columnis exscriptus titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas lineis aureis et rubris, initiales maximas aureas coloribus, sed in folio 76 quinque monachorum parvis imaginibus, ornatas. Ante initialem f. 115 duodecim monachi franciscales, sex ex utraque parte, sedent in schola colloquentes de regulis, quas in libro scriptas exhibet sanctus Franciscus in medio eorum sedens: sursum imago evanida sancti cuiusdam eiusdem ordinis manibus iunctis, superius imago clypeata Iesu Christi. In f. 7v circulus corona laurea et

floribus decorata, in medio circulo tituli operum. Folii 8 quatuor margines floribus, globulis aureis, avibus, tessera gentilicia, vexillo pontificio, quatuor aquilis et corona praedita, una cum litteris FE⟨dericus⟩ DVX; infra tesseram insigne, quod vocant, *ventosa* et in margine dextero *hermellina.* Ornamenta foliorum 7 et 8 in codice aliquanto posterius addita sunt. Ff. I, 1r, 3v-7r, 74v-75, 113v-114, 217v-219v vacua sunt. In f. 220r duo excerpta ex s. Augustino, et in f. 220v scholium de verbis: *In principio creavit Deus - ecce nefas nomen eius.*

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

522 (olim 106, cf. f. 1) Saec. XI, membran., mm. 234 × 173, ff. II. 152.

S. Hieronymi presbyteri 1 (f. 1) commentariorum in epistolam ad Galatas libri (in ms. *Tomi*) I-III cum prologo (M. 26, 331-468). 2 (f. 81v). Commentariorum in epistolam ad Ephesios libri (in ms. *Tomi*) I-III, sine prologo (M., l. cit., 471-590).

Codex, qui in antiquo indice urbinate n. 32 signatur, titulos ac litteras maximas minio picta praefert. In marginibus lemmata et notabilia manu docti cuiusdam viri eiusdem aetatis codicis. Foliorum quaterniones signantur: *X-XVIII et I-IX* singulis octo foliis in marginibus inferioribus; quod innuit commentarium in epistolam ad Ephesios antea praecessisse commentarium in epistolam ad Galatas; postea ordine inverso hos commentarios fuisse compactos. In folii 1v margine inferiore adiecta est medio fere saec. XV tessera gentilicia una aquila praedita cum litteris F⟨ridericus⟩ C⟨omes⟩. Ff. I. II, 1r, 81r, 150v-152 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

523 (olim. 133, cf. f. 2). Saec. XIV, membran., mm. 227 × 162, ff. I. 129.

S. Gregorii Magni homiliarum in Ezechielem (in *hiezechielem*) prophetam libri I-II (in ms. *homiliae I-XXII*) cum praefatione (in ms. *epistola*) ad Marianum (in ms. *Marinianum*) episcopum (in ms. corrector *archiepiscopum raū*) (M. 76, 785-1072); in ms. in fine adduntur verba: Expliciunt etc.... *ab eodem clarissime et diligentissime ventilate: in expositionem libri hiezechielis prophete.* ΔΗΩ. ΓΡΑΣ. *Amen.*

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 64 signatur, binis columnis exaratus est cum titulis litt. minusculis rubris, initialibus autem maioribus tum rubris tum caeruleis atque initialibus maximis coloribus ornatis. In f. 1v manu saec. XV additus est circulus auro, floribus et corona laurea circumdatus; in medio circulo titulus operis litteris alternis lineis aureis et caeruleis. In margine inferiore folii 2 tessera gentilicia Friderici ducis vexillo pontificio, corona et quatuor aquilis praedita. Ff. I, 1r, 128v, 129 vacua, in f. tamen 128v calami probationes: *Honor est hominum eorum segreta abscondere et gloria est dei eius misteria revelare. Si iudicium sine misericordia erit illi qui non fecit misericordiam.*

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

524 (olim. 132, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 217 × 140, ff. II. 146.

Salviani (in ms. *Silviani*) ⟨massiliensis⟩ presbyteri (in ms. *episcopi*) de gubernatione Dei (in ms. *de vero iudicio et praevidentia et gubernatione Dei*) libri I-VIII

(M. 53, 25-158; in subscriptione titulus: *De vero iudicio et providentia Dei et ipsius gubernatione hominum et rerum huius mundi etc.*).

Codex, qui convenit n. 94 antiqui indicis urbin., titulos praefert litteris minusculis rubris, praeter primum maiusculis aureis et caeruleis alternis lineis scriptum, initiales librorum litteris aureis lineis et coloribus ornatas. In f. 1^v circulus aureus corona laurea, floribus et fructibus decoratus; in medio circulo titulus operis litteris alternis lineis aureis et caeruleis. Folii 2 margines tres ornati sunt floribus, globulis aureis, frondibus, avibus, ac Friderici Urbini ducis tessera gentilicia quatuor aquilis praedita, quam nigra aquila ungulis sustentat. Ff. I, II, 1^r, 145, 146 vacua. In marginibus vir doctus quidam notabilia signavit: in imis marginibus antiqua foliorum enumeratio per litteras et numeros.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

525. Liber impressus ff. 175 cum libri notabilibus a docto quodam viro manu scriptis. Continet ⟨*La exposicion dell'Apocalipsis per volgar, con le giose de Maistro* **Nichollo de Lira**, *traslatada per Maistro* **Federico** *da Venniexia del Ordene di Frari Praedicadori in MCCCXCIV*, cf. Bandini, Bibliot. Laurent. 5, col. 6⟩ (in ms. titulus: *liber apocalipsis s̄ci Iohannis apostoli cum glosis Nicolai de Lira ordinis fratrum minorum*). Inc. *Questo libro lo quale si e nominato apocalisis infra tucti li altri libri de la sancta scriptura se deue legere et audire con grande intellecto.* Des. *scripte in lo libro della uita et citadini (!) della Cita sancta ierusalem sopra decta. amen* (Venetiis per Alexandrum Paganinum 1515; in libro urbinate tamen nulla inest typographi nota).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

526. Saec. XVI ex., chart., mm. 260 × 205, ff. 68. (+ ff. 14^a-14^c, 49^a-49^b, 54 a librario neglectis).

Rufii Scipionis Fr. paraphrasis in psalmum 50; **Arquati Antonii** pronosticum pro anno 1480; prophetiae variae; summarium causae pro congregatione s. Philippi Nerii de Urbe adversus presbyteros oratorii neapolitani; **Bonfini Antonii** supplex libellus ad Fridericum II Urbini ducem; de nobilitate Forosempronii; **Sega Filippo** card. di Piacenza esortazione ai cattolici di Francia.

1 (f. 2). *Paraphrasis R. D. Scipionis Francisci Rufii Anglariensis I. V. Doctoris super Psal. XXXXX. Dauidis Prophetae, Miserere mei Deus.* Inc. *Considerandum est proprium Dei esse misericordiam, licet sit etiam Deus virtutum.* Des. *nusquam dubio procul a christiana religione declinabunt;* praeit (f. 1) *Scipio Ruffius Serenissimo Francisco Mariae II Feltrio de Ruere Dux* (!) *Urbini. S.* Inc. *Cum priscis illis Regibus, et Imperatoribus, qui puram aquam e fluminibus*

manibus haustam. Des. *maiorem in dies a me vigiliarum opera poteris expectare. Vale.*

2 (f. 14^{c}). Arquati Antonii *de eversione Europae pronosticum;* in f. 15 tamen titulus plenior: *Incipit Pronosticum Dñi Magistri Antonij Arquati artium et medicinae doctoris clarissimique Astrologi, De Euersione Europae, quod Serenissimo Mathiae Ungarie Regi anno salutis 1480 direxit.* Inc. *Multa sunt, Serenissime Rex, quae diuinos efficiunt uirtutis* (!) *primum excellentia.* Des. *Fietque unum Ouile ueri Pastoris Domini nostri Iesu Christi, cuius sit laus, honor et gloria in secula seculorum. Amen* (cf. Hain, Repert. bibliographicum, nn. 1819, 1820).

3 (f. 25). *Profetia* (pro an. 1495, versus 1-11). Inc. *Gallorum leuitas Germanos iustificabit.* Des. *Sub quo tunc uana cessabit gloria cleri.*

4 (ibid.). *Profetia trouata in Inghilterra intagliata in un Marmo* (pro an. 1588 versus 1-8). Inc. *Post mille exactos a partu Virginis annos.* Des. *Ibunt Imperia luctus et grandis erit.*

5. ⟨Prophetiae I-III⟩. [1] (f. 25^{v}). *Liber revelationum siue prophetiarum Episcopi Paterinis* (!) *ecclesiae Christi martiris, quem ex hebreo in grecum et latinum transferre curauit et quem Illustrissimus omnium uirorum Dominus Hier. in suis opusculis collodauit.* De Gregorio XIII. Inc. *Temibilis es et quis resistet tibi.* Des. *infernus te expectat.* [2] (ibid.). De successore Gregorii XIII. *Innitus assumeris sanguis te offuscat.* Des. *quibus sorte Dei priuaberis.* [3] (ibid.). De alio. Inc. *Crudelis esse soles, si rescipisceris* (!) *te iuuabo.* Des. *cuius nox miserabilis celos infestat;* (ibid.) sequebatur alia prophetia, cuius nunc vix titulus fortasse ex avulsis foliis superest: *Hanc prophetiam reperies scriptam anno Domini M. uel circiter apud Parisios in libraria sancti Victoris in aula ingressus in scamno his tribus elementis obsignato* PPP.

6 (f. 26). ⟨Summarium causae pro Congregatione s. Philippi Nerii s. Mariae in Vallicella de Urbe adversus congregationem Presbyterorum et Clericorum saecularium de Oratorio Neapolitano⟩. Inc. *Gregorius XIII Pont. Max. ad instantiam Philippi Nerii Praepositi et aliorum presbyterorum.* Des. *et se ne potrebbe astenere dal raggionare ancora ne i Monasteri come cosa pericolosa.*

7 (f. 30). Antonii Bonfini *Ad illustrissimum Ducem* (Urbini) *Federicum* (II) *Latine pacis auctorem, Oratio pro Leonardo Angelo amico suo unico.* Inc. *Humana studia quibus his temporibus apud celsitudinem tuam solum locus amplissimus.* Des. *et ne nos spes nostra frustretur iterum atque iterum supplicamus.*

8 (f. 55). *De nobilitate Forosempronii* ⟨contra Callienses⟩. Inc. *Cum de Civitatum excellentia praestantiaque diseritur despiciendum est diligenter ex quibus praecipue causis nobilitas exoriatur.* Des. *non modo uobis non cedere, sed multis parasangis (ut aiunt) antecellere.*

9 (f. 61). *Esortatione di Monsignore Illm̃o Card. di Piacenza* F i l i p p o S e g a *legato a lattere* (!) *di N. S. Papa Clemente VIII et della Sedia Appostolica nel Regno di Francia. Alli Cattolici del medemo Regno che segueno la parte Heretica. Tradotto di lingua francese In italiano.* Inc. *Philippo per gratia di Dio Prete Cardinale di Piacenza del titolo di s. Honofrio legato à lattere* etc. *Noi hauemo talmente a core l'esseguitione d'un'opera sì santa e così necessaria.* Des. *Die ue ne facci la gratia. Dato in Parigi. 15 di Gennaro 1593. Filippo Card. di Piacenza legato. Hier. Aguchius* (nepos postea et ipse card.) *L'endroit du sceau.*

Codex variis manibus transcriptus est. Ff. 1v, 14v, 14a, 14b, 14cv, 49a, 49b, 54a, 60v, 67, 68 vacua.

Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XVII.

527. Saec. XV ex., membran., mm. 240 × 175, ff. I. 249.

P s a l t e r i u m , o f f i c i u m b . M a r i a e v . , h y m n a r i u m .

1 (f. 1). K a l e n d a r i u m f r a t r u m m i n o r u m . Inter sanctos: Febr. 4. s. G i l b e r t i conf.; 8. s. G u l i e l m i conf.; Martii 16. s. P a t r i c i i ep. et conf.; Aprilis 1. s. T h e o d o r a e v. et m.; Maii 23. translatio s. F r a n c i s c i ; Iunii 2. ss. M a r c e l l i n i , P e t r i atque H e r a s m i m.; Augusti 4. s. I u s t i n i presb. et m.; 25. s. L u d o v i c i regis *francie;* Oct. 8. s. R e p a r a t a e v. et m., 10. s. C e r b o n i i ep. et conf., 16. s. G a l l i abbatis, 27. s. Y v o n i s conf.; Nov. 6. s. L e o n a r d i conf., 13. s. B r i t i i ep. et conf., 17. s. E u g e n i i conf. 2 (f. 8v). P s a l t e r i u m g a l l i c a n u m Dominicae et feriarum cum hymnis et antiphonis de tempore; advertendum tamen [1] (f. 31) post laudes Dominicae subiungitur prima; [2] (f. 157v) post laudes in Sabato invitatorium seu psalmus « Venite exultemus Domino »; [3] (f. 158v) oratio b. A n t o n i i de padua ord. min. valde utilis et devota ad res perditas inveniendas: *Si quaeris miracula* (Chevalier, Repert. hymn. n. 18886); [4] (f. 159) vesperae Dominicae et feriae II; [5] (f. 164) post vesperas feriae II tertia, sexta et nona; [6] (f. 173v) vesperae feriarum III etc. usque ad vesperas sabbati; [7] (f. 192) post vesperas sabbati canticum b. virginis « Magnificat anima mea dominum; [8] (f. 192) canticum senis Symeonis; « Nunc dimittis » hymnus completorii: « Te lucis ante terminum » psalmi 148, 149, 150, canticum trium puerorum, « Te deum laudamus », litaniae sanctorum cum suis precibus. 3 (f. 262v). O f f i c i u m b. M a r i a e v. secundum usum romanae ecclesiae ⟨per anni tempora⟩. 4 H y m n i . [1] (f. 219). In a d v e n t u d o m i n i : *Conditor alme syderum* (Chevalier, l. cit., 3734), *Verbum supernum prodiens* (l. cit., 21391), *Vox clara ecce intonat* (l. cit., 22199). [2] (f. 220). In n a t i v i t a t e d o m i n i : *Christe redemptor omnium* (l. cit., 2960), *A solis ortus cardine* (l. cit., 26). [3] (f. 221v). In e p i p h a n i a

domini: *Hostis herodes impie* (l. cit., 8073). [4] (f. 222). Sabato quadragesimae in ferialibus diebus: *Audi benigne conditor* (l. cit., 1451), *Ex more docti mistico* (l. cit., 5610), *Iam christe sol iustitiae* (l. cit., 9205). [5] (f. 223ᵛ). In dominicis diebus in quadragesima: *Aures ad nostras deitatis preces* (l. cit., 1612). [6] (f. 224). Sabbato de passione: *Vexilla regis prodeunt* (l. cit., 21481), *Pange lingua gloriosi prelium certaminis* (l. cit., 14481), *Lustris sex qui iam peractis* (l. cit., 10765). [7] (f. 226). In octava paschae: *Ad cenam agni prouidi* (l. cit., 110), *Rex eterne domine* | *rerum creator omnium* | *qui eras ante secula* (l. cit., 17393). [8] (f. 227ᵛ). In nativitate apostolorum: *Tristes erant apostoli de* | *nece* (l. cit. 20589). [9] (f. 228). In ascensione domini: *Iesu nostra redemptio* (l. cit., 9582), *Eterne rex altissime* (l. cit., 654). [10] (f. 229). In pentecoste: *Veni creator spiritus* (loc. cit., 21204), *Iam christus* ⟨astra⟩ *ascenderat* | *regressus* (l. cit., 9215), *Beata nobis gaudia* (l. cit., 2339). [11] (f. 231). In conversione s. Pauli: *Doctor egregie paule mores instrue* (4791). [12] (ibid.). In cathedra s. Petri: *Quodcumque uinculis super terram strinxeris* (l. cit., 16918). *Iam bone pastor petre clemens accipe* (l. cit., 9196). [13] (f. 231ᵛ). In nativitate s. Ioannis Baptistae: *Ut queant lassis resonare fibris* (l. cit., 21039), *Antra deserti teneris sub annis* (l. cit., 1214), *O nimis felix meritique celsi* (l. cit., 13311). [14] (f. 233). In nativitate s. Petri: *Aurea luce et decore roseo* (l. cit., 1596). [15] (ibid. 2). In festo s. Mariae Magdalenae: *Nardi Maria pistici* | *sumpsit libram mox* (l. cit., 11846). [16] (f. 233ᵛ). In vinculis s. Petri: *Petrus beatus cathenarum laqueos* (l. cit, 14885). [17] (f. 234). In solemnitate b. Augustini: *Laetetur syon filia* (l. cit., 10126), *Magne pater Augustine* (l. cit., 10968), *Celi ciues applaudite* (l. cit., 3471). [18] (f. 235ᵛ). In festo s. Antonii c. ord. minorum: *En gratulemur hodie* (l. cit., 5408), *Laus regi plena gaudio* (l. cit., 10530), *Iesu lux uera mentium* (l. cit., 9561). [19] (f. 237). In assumptione b. Mariae virginis: *Ave maris stella* (l. cit., 1889), *Quem terra pontus ethera* (l. cit. 16347), *O gloriosa domina* (l. cit. 13042). [20] (f. 238). In solemnitate s. Michaelis: *Tibi christe splendor patris* (l. cit., 20455), *Christe sanctorum decus angelorum* (l. cit., 3000). [21] (f. 239). In festo omnium sanctorum: *Christe redemptor omnium* (l. cit., 2959), *Iesu saluator seculi* (l. cit., 9677). [22] (f. 240). In nativitate apostolorum: *Exultet celum laudibus* (l. cit., 5832). *Eterna christi munera* (l. cit. 590). [23] (f. 241). In nativitate unius martyris: *Deus tuorum militum* (l. cit. 4534), *Martyr dei qui unicum* (l. cit. 11228). [24] (f. 241ᵛ). In nativitate plurimorum martyrum: *Sanctorum meritis inclita gaudia* (l. cit., 18607), *Eterna christi munera* | *et martyrum uictorias* (l. cit., 598), *Rex gloriose martyrum* (l. cit., 17453). [25] (f. 243). In nativitate unius confessoris ⟨pont.⟩: *Iste confessor domini sacratus* (l. cit,, 9136), *Iesu redemptor omnium* (l. cit., 9628). [26] (f. 244). In nativitate unius confes-

soris non pontificis: *Iesu corona celsior* (l. cit., 9492). [27] (f. 244^v). In nativitate virginum et martyrum: *Iesu corona virginum* (l. cit., 9507), *Virginis proles opifexque matris* (l. cit., 21703). [28] (f. 245^v). In dedicatione ecclesiae: *Urbs beata ierusalem* (l. cit., 20918), *Angularis fundamentum* (l. cit., 1082). [29] (f. 246^v). In festo s. Dominici confessoris ord. praedicatorum fundatoris: *Gaude mater ecclesia* (l. cit., 6852), antiphonae ad laudes: I. *Novus athleta domini collaudetur dominicus* - V. *Trino deo*; hymnus: *Hymnum noue letitie* (l. cit., 8286). [30] (f. 247^v) In festo s. Petri martyris ord. praedicatorum: *Magne dies laetitie* (l. cit., 10942), *Adest triumphus nobilis* (l. cit., 435).

Codex eleganti manu elegantioribus ornamentis ditatus mihi scriptus esse videtur Florentiae in officina Vespasiani librarii (cf. cod. 110). Singuli psalmorum versus, antiphonarum strophae litteris alternis aureis vel caeruleis colore caeruleo et aureo alterne ornatis. Initiales maximae picturis peritissima manu decoratae sunt. Ornamenta florum et auri in foliis 1-6^v, 43^v, 61^v, 78, 95, 117, 136, ornamenta florum, avium, angelorum in foliis 7, 8^v, 219. In f. 7 in initiali Deus pater manibus expansis mundum in sinu sustinet, in ornamentis trium marginum capita quatuor prophetarum. Folii 8^v margines praeter alia ornamenta continent imagines dimidias tredecim psalmistarum cum eorum nominibus ac taeniis in quibus inscriptiones. 1. *Moises*, in taenia: *Cantate dño.* 2. *Salomon*, in taenia: *Nisi dominus edif*⟨icaverit⟩. 3. *Anna*, in taenia: *Exultavit cor meum.* 4. *Abachuc*, in taenia: *Dñe audivi auditionem.* 5. *Zacharias*, in taenia: *Benedictus Dominus Deus Israel.* 6. *Puer*, in taenia: *Benedicite omnia opera.* 7. *Virgo Maria*, in taenia: *Magnificat anima.* 8. *Isaias*, in taenia: *Confitebor tibi...* 9. *Asaph*, in taenia: *Quam bonus Isdrael.* 10. *Eman*, in taenia: *Dñe Deus virtus salutis mee.* 11. *Elhan*, in taenia: *Misericordia Dñi.* 12. *Idithvn*, in taenia: *Confitebor.* 13. *Exechias Rex*, in taenia: *Ego dixi.* In initiali psalmi « Beatus vir » pictus est David in throno sedens organum genibus sustinens. In f. 43^v initiali psalmi: « Dominus illuminatio mea » Davidis dimidia imago dextera librum gerens et indice sinistrae manus oculos monstrans. In initiali psalmi: « Dixi custodiam vias meas » Davidis dimidia imago haec verba vultu ac manibus significans. In f. 78 in initiali psalmi « Dixit insipiens » amentis dimidia imago clavam dextera gerens, cucullo texta caput, cui aures asininae insunt. In f. 95 in initiali psalmi « Salvum me fac deus quoniam intraverunt aquae » David rex in undis iunctis manibus orans. In f. 117 in initiali psalmi « Exultate Deo adiutori nostro » Davidis dimidia imago librum sinistra gerentis dextera adloquentis. In f. 136 in initiali psalmi monachus tunica et pallio indutus canens, sinistra gerit taeniam in qua inscriptio: *Cantate domino canticum novum.* In f. 159 in initiali psalmi « Dixit dominus domino meo » Christus sedens ad dexteram patris, inter utrumque parva imaguncula radians (Spiritus S.). In f. 219 in initiali hymni « Conditor alme syderum » Christus dextera benedicens, in marg. super. *YHS.* In foliorum marginibus inferioribus, quae his initialibus sunt decorata, fuerunt olim tesserae gentiliciae nobilis cuiusdam possessoris a novis possessoribus abrasae. Ff. I. 217^v, 218, 249 vacua. Codicem descripsit Ehrensberger, Libri liturgici biblioth. vatic. Friburgi 1897, p. 9 sq.

Tegumenti tabulae coopertae sunt panno serico et munitae angulis ac fibulis ex auricalcho saec. XVI.

528. Saec. XVI-XVII, chart. mm. 270 × 202, ff. I, 206 (ff. 149^{a}, 149^{b} a librario neglectis).

Augustini Triumphi <seu de Ancona>. **1** (f. 1). *Super Apocalypsi* <capita I-XXII>. Inc. *Expositor autem ponit quatuor dubitationes quarum prima est super Prologo ipsius libri. Prima est utrum beatus Ioannes maiori scientia fuerit illustratus.* Des. *et per suam misericordiam de carcere istius mundi nos liberare et ad suam beatitudinem pro sua pietate perducere dignetur, qui cum Patre et spiritu sancto est unus Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen.* **2** (f. 150). *Incipit tractatus contra diuinatores et somniatores editus a fratre Augustino Triumpho de Ancona iubente Clemente IIII Pont. opt. max.* Inc. *Quoniam sicut tempore retroacto, ita et nunc nonnulli insurgunt, qui non uoluntatem rectam subiiciunt, nec doctrinae studium impendunt. sed his quae somniauerint, uel immissis daemonum illusionibus divinauerint.* Des. *sed solum ab illo est omnis ueritatis cognitio postulanda, qui est uia, ueritas, et uita, quam ipse nobis tribuat, qui cum Patre, et spiritu sancto est unus Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen. Explicit tractatus... editus a... ordinis Fratrum minorum sancti Augustini.*

Codex olim in duos libellos divisus numeris 1-149, 1-54, postea in unum coaluit continua addita enumeratione 1-203. Ff. I, 149^{a}, 149^{b}, 203^{v}-206 vacua.

Codex simplici membrana contectus ac vittis clausus est saec. XVII.

529 (olim 396, cf. Sommervogel, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus.* Bruxelles-Paris 1895, 6, p. 506). Saec. XVII in., chart., mm. 266 × 196, ff. X. 360.

Pererii (Pereyra) **Benedicti** <soc. Iesu> *in evangelium B. Matthaei* <et Lucae> *commentarius* <Mysteria I-XII>. *In caput primum evangelii secundum Matthaeum* (f. 15) inc. *Matthaeus exorsus est a Genealogia Christi, quae res habet maximas difficultates, quas Deo duce, breuiter expediemus.* Des. *Praeterea Iob c. 40 ait. Numquid tu capis homo Leviathan.... et diuidant eum negotiatores;* praeeunt [1] (f. II): *Index mysteriorum in evangelium D. Matthaei et Lucae,* qui inc. *Primum Mysterium, De genealogia D. N. Iesu Christi. 2^{m} Mysterium de Incarnatione Domini...* ac des. *12 Mysterium de Ieiunio et tentatione Domini N;* [2] (f. III): *Index omnium quaestionum ac difficultatum praecipuarum, quae in hoc libro continentur,* qui inc. *In primo Mysterio de Genealogia Christi: Quaestio prima; Quid sit evangelium: quaestio 2^{a}. De excellentia evangelii* ac des. *An istae tentationes fuerint continuae;* [3] (f. 1) *Prolegomena,* quae incipiunt: *Quatuor mihi praemittenda uidentur ante euangelii expositioncm, quam nunc primum aggrédimur* ac desinunt: *anno post passionem Domini, 64. Ita Eusebius et Dionis. Areop. in epistola ad Ioan.*

Ff. I, IX^{v}, X, 359, 360 vacua sunt.

Codex simplici membrana contectus ac vittis clausus est saec. XVII.

530 (olim 345, cf. Sommervogel, l. cit. in cod. superiore). Saec. XVII in., chart., mm. 260 × 196, ff. V. 159.

Pererii (Pereyra) Benedicti *commentaria in mysterium de Passione et Morte Domini Nostri Iesu Christi secundum quatuor evangelistas:* (f. 1). *In Mysterium XIII. De passione et morte...* ⟨Partes I-VII⟩ Pars. I inc. *Historia Passionis Domini quo subtilius et enucleatius declaretur, et quo planius intelligatur in principales aliquot partes a nobis diuisa tractabitur. Primo quidquid ab omnibus quatuor euangelistis.* Pars VII des. *Ipsi autem sentiunt mortuum tertia die Aprilis. et hoc probant ex Tabulis Astronomicis;* praeit *Index Quaestionum et Difficultatum praecipuarum, quae in hoc libro continentur,* qui inc. *1. Cur torrens ille dictus sit Cedron. 2. An sudor sanguineus Christi in horto factus fuerit naturaliter an miraculose* ac des. *90. De tempore mortis Christi.*

Codex eadem manu qua superior scriptus est. Ff. I, 158^v, 159 vacua. Tegumentum uti in cod. superiore.

531 (olim 139, cf. f. 1). Saec. XIV ex., membran., mm. 212 × 147, ff. III. 127.

Gregorii M. dialogorum libri I-IV; **Vualberti** versus de miraculis s. Benedicti abbatis; de caelesti Hierusalem ac de lapidibus pretiosis; **Adsonis Hermirici** libellus de Antichristo.

1. S. Gregorii M. (in ms. *pape urbis Rome*) [1] (f. 1) dialogorum libri I-IV (M. 77, 149-429). Singulis libris postponuntur capita, quae suis locis praescribuntur. [2] (f. 117). *S. Gregorii* (!) decretum (Hinschius, Decretales pseudo-Isidorianae, Lipsiae 1863, p. 746-747).

2 (f. 117^v). ⟨Vualberti miracula triginta et octo s. Benedicti abbatis metrice ad Petrum nobilem et sacerdotem⟩. Inc. *Cla* (qualia?) *pater sequeris* (si quaeris?) *gessit miracula sanctus | Ecce triginta simul benedictus necne uel octo | Primo capistrum fractum reuocauit alumpne | Temptate carnis bellum domuitque secundo.* Des. *Gratia te salvet domini per tempora longa.*

3 (f. 118). ⟨Fragmentum commentarii in cap. XXI Apocalypsis seu de caelesti Hierusalem ac de lapidibus pretiosis⟩. Inc. *Sanctus iohannes qui supra pectus domini in cena recubuit erat in exilio in insula que patmos uocatur ubi domitianus.* Des. *nullus alius intrabit nisi illi qui habuerint has uirtutes quas isti lapides significant.*

4 (f. 122). ⟨Adsonis Hermirici abbatis dervensis libellus de Antichristo⟩. Inc. *In primis proferendum est quare antichristus dicitur a deo conχristo incontrarius erit.* Usque ad vv. *dat nobis tamen magne scientie documenta* (M. 101, 1293, n. 528-1298, B, 6).

Codex, qui convenire potest nn. 62 vel 63 antiqui indicis urbin., titulos praefert minusculis rubris, initiales tam maiores quam maximas coloribus tum rubro tum caeruleo ac lineis ornatas. In f. 1ᵛ saec. XV pictus est circulus auro, floribus ac tessera gentilicia Friderici Urbini ducis corona, vexillo pontificio et quatuor aquilis praedita, ornatus, in medio circulo titulus primi operis scriptus litteris aureis et caeruleis alternis. Ff. I-III, 1ʳ, 125ᵛ-127 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

532 (olim 1040, cf. f. 1). Saec. IX-X, membran., mm. 212 × 177, III. 39.

Boetii de persona et duabus naturis; Pauli diaconi ode sapphica in laudem s. Io. Baptistae.

1. An. Manl. Sev. Boetii (in ms. *viri clarissimi ex consul. ordine patricii*) ⟨de persona et duabus naturis⟩ liber contra Eutichen et Nestorium ⟨ad Ioannem diaconum ecclesiae romanae⟩ (M. 64, 1337-1354) cum glossis saec. XI inter lineas et in marginibus. Prima glossa in margine: *Flauianus episcopus perdidit eutichen hereticum sub diocesi et parroechia sua presbyterum, scripsit enim epistolam et direxit romam in qua huius haeresis error et auctor erroris manifestatus est. Nestorius autem episcopus... in duabus uero, hoc est, nec commixtis nec confusis sed utraque* (deinde atramento pallidiore) *Natura integra perfectaque manente una sit persona Christi. Unde in antiphona canitur: non commixtionem passus et reliqua.* 2ª Glossa: *distare inter divinam et humanam naturam.* Ultima glossa: *Omnia quęcumque sunt. In quantum a deo sunt bona sunt. Sed illud specialius bonum est quod per iustitiam boni operis deo placet. quodque et est a deo bonum est et a se iustum, est deo tamen donante.* Prima glossa inter lineas: « Anxie » = *sollicite;* « sustinui » *expectaui.* Ultima: « perscribit » *idest approbat commendat:*

2 (f. 34). ⟨Pauli diaconi⟩ ode sapphica in laudem s. Ioannis Baptistae: *Ut queant laxis resonare fibris* (Chevalier, Repert. hymn. 21039).

Codex, qui convenit n. 241 antiqui indicis urbin., titulum praebet litteris capitalibus alternis lineis rubris ac nigris scriptum. Folii 1 margini inferiori adpicta est saec. XV tessera gentilicia comitum urbinatium una aquila praedita. Ff. I-III, 35ᵛ-39 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XII ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

533. Saec. XV, membran., mm. 265 × 174, ff. 81.

S. Paulini episc. nolani carmina, [1] (f. 2) carmen 12 (ed. Hartel, Vindobonae 1894), [2] (f. 3) 13, [3] (f. 3ᵛ) 14, [4] (f. 6ᵛ) 15, [5] (f. 14ᵛ) 16, [6] (f. 21) 18, [7] (f. 31ᵛ) 26, [8] (f. 40ᵛ) 28, [9] (f. 48) 27, [10] (f. 62) appendix, carmen 3, [11] (f. 67ᵛ) carmen 31, [12] (f. 81) appendix, carmen 4.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 74 signatur, titulos, ubi non desunt, praebet rubros, litteras initiales aureas coloribus ornatas. In f. 1ᵛ circulus magnus auro et flo-

ribus ornatus circumpictis quinque circulis minoribus, in quibus tituli quinque carminum sunt inscripti litteris tum aureis tum caeruleis. In folii 2 tribus marginibus ornamenta auri, florum, avium, trium insignium (sc. zonae garterii ordinis, struthionis et ventosae) ac tesserae gentiliciae Friderici Urbini ducis vexillo pontificio et quatuor aquilis praeditae. In prima initiali I clypeata imago, manu italica picta, s. Paulini episcopali habitu induti palmae ramum dextera gerentis. F. 1r vacuum. Excusserunt diligenter hunc codicem partim Zechmeister, partim Weinberger pro Hartel (l. cit., pag. XXVIII seq.). Ex hoc codice duos hymnos edidit A. Maius, cuius vestigia manus hic illic conspiciuntur.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

534 (olim 214 cf. f. 1). Saec. XV, chart., mm. 273 × 200, ff. I. 220 (+ 111a a librario neglecto).

F. 2. ⟨**Antonius** a s. Leone (?) lectura in commentarium Scoti super III sententiarum⟩ (in ms. *Reportata Scoti super tertio sententiarum*) distinctiones 1-40. Prima distinctio inc. *Ad declarandam unionem ypostaticam doctor primo mouet talem questionem utrum possibile fuit naturam humanam uniri uerbo in unitate suppositi. In hac questione tamen primus* (?) *terminus* (?) *declarandus praeter eos qui postea declarabuntur* des. *Respondeo negando minorem et hec de prima distinctione sufficiant.* Distinctio 40 inc. *Queritur utrum lex noua sit gravior etc. Notandum est quod per legem nouam intelligimus legem euangelicam et per legem antiquam intelligimus legem moysi* des. *sed in lege noua signa dilectionis quia christus posuit animam suam pro amicis suis etc. dimisit matrem suam, apostolos suos et discipulos et sic est finis tertii;* praeit (f. 1) ⟨prooemium⟩, quod inc. *Circa tertium sententiarum Conformiter ad magistrum sententiarum Queritur utrum possibile fuerit naturam humanam* ac des. *unio dicit aliquid ultra extrema.* Laudantur in hoc commentario praeter ss. Augustinum, Anselmum, Thomam de Aquino et Bonaventuram, Petrus de Candia (Alexander V papa), Ockam (Guilielmus), Henricus de Gandavo, Gothefridus de Fontibus, de Bassolis, Ioann. Burliffer, (Stephanus) De Nongento, Gregorius de Arimino, Antonius Andreae, Barbanson, Aegidius de Roma (Columna), Franciscus de Mayronibus, (Petrus de) Aquila. (Cf. Sbaralea, Supplementum ad scriptores trium ordin. s. Francisci, Romae 1806, p. 79).

Codex partim duabus partim una columna a variis manibus transcriptus additamenta in marginibus praefert. Ff. I, 111a, 162v, 219v, 220 vacua sed nihil deesse videtur.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

535. Saec. XVI, chart., mm. 240 × 170, ff. 128.

⟨**Fratris cuiusdam** ordinis praedicatorum, cf. f. 111v⟩ *Annotationi dell' intentione dell' Autore nell' operetta di Frà Girolamo Vannino da Carticeto*

<ord. praedicatorum> (cf. f. 109ʳ et cod. 751) *chiamata Vittoria* (idest Victoria Farnese della Rovere, cf. f. 1, Urbini ducissa, coniux secunda Guidubaldi II). Inc. cap. I: *La principale intentione dell'autore in tutto* (!) *questa sua operetta è di rappresentare un'huomo che dopo molto uaneggiare del tempo già da sè indarno perduto si rauuegga, et ripensando alla passione del Saluatore a nostra salute.* Des. cap. X. *come già si è potuto uedere nel primo capitolo di questa sua operetta, già a laude, et gloria del grande Iddio à quel più chiaro modo esposta; che mai s'è potuto.*

Fol. 128 vacuum.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

536. Saec. XVI, chart., mm. 280 × 207, ff. LXXXIII (+ 1ᵃ).

Petri de la Cavalleria iuris civilis professoris *tractatus qui dicitur zelus Christi. Diuisio tractatus* inc. *Et primo hoc opus diuiditur in partes duas principales.* Capitulum ultimum des. *quod non teneret demostratiue sed actoritatiue. Finito libro laus sit et gloria Xp̄o;* praeeunt [1] (f. 1) capitula: *Proemium tractatus folio I. Diuisio tractatus: Que sunt sacre scripture comunes Iudeo Xpistiano et sarraceno* etc. Capitulum ultimum: *de probanda circa homines Individualiter prouidentia diuina;* [2] (f. 1ᵃ) prooemium tractatus, quod inc. *Zelo zelatus sum pro domino.... In quibus uerbis tria mihi assumo notanda* ac des. *non Imperitiam sermonis reprehendat* (Venetiis 1592).

Codex binis columnis scriptus initiales maiores ac titulos rubricata praefert.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

537. An. 1594 (cf. f. 556ᵛ), chart., mm. 268 × 203, ff. XVII. 563.

Toleto Francisci card. soc. Iesu instructio sacerdotis sive casuum conscientiae libri I-VIIII. Lib. I inc. *Opus diuino fauore instituimus erga ea, quae sui sunt muneris instituendum, non quidem omnia, quae dici de hoc poterant, disputando, aut varias omnium opiniones discutiendo.... Congruum igitur est ut ab ipsa diffinitione exordiamur.* Libri I cap. XXXV des. uti in ed. an. 1602, sed multa alia capita addita in edd. in ms. desunt. In libro II desunt tria capita; lib. IV convenit cum ed.; lib. V desinit ad caput 55. Liber VI, *De VIII praecepto,* inc. *In hoc praecepto prohibetur iniustitia,* seu a cap. 56 libri V, usque ad finem; lib. VII convenit cum VI ed.; lib. VIII cum VII ed. ut plurimum convenit; lib. IX differt initio ab VIII ed.: *Peccatum mortale sic describi potest. Peccatum mortale est recessus a regula,* ultimum caput, de filiabus Accidiae, des.: *Mentis euagatio est defectus attentionis in bonis spiritualibus. Non est semper peccatum mortale nisi quando ipsa attentio est in praecepto, et ipse est in culpa crassa,*

quominus attendat; (contuli cum ed. romana anni 1602, cf. Sommervogel, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus,* Bruxelles-Paris 1898, 8, col. 70 sqq.); praeeit f. IV-XVII *index rerum* et *verborum* etc. (sed potius est index capitum).

Codex littera currenti scriptus hanc subscriptionem praefert in f. 556v: *Ego Lucianus Perozzinus de Mondaccio ditionis Serenissimi Ducis Urbini descripsi ex exemplari Authoris Romae Anno Dñi 1594, Pontificatus uero Clementis PP. VIII anno secundo.* In f. 557: *15 Octob. 1594.* Ff. I, IIv, IIIr, XVIIv-XIX, 557v-563 vacua.
Tegumenti opercula pergamena subviridis coloris contecta et fibulis firmata sunt saeculo XVI-XVII.

538. Saec. XVI et XVII, chart., mm. 275×205, ff. I, 86 (+ variis foliis a librario transactis).

Fusco Francisci de Dei libertate; **Bellarmini Roberti** card. de officio primario summi pontificis; **Baronii Caesaris** de Siciliae monarchia; de electione summi pontificis per adorationem; Gregorii XV bullae de electione summi pont. summarium; **Ludovisi Ludovici** card. epist. s. Carolo Borromeo contra electionem per adorationem et altera Card. Gleselio Melchiori; institutiones diversorum regnorum per romanos pontifices; **De Medici Juliani** epist. ad patrem card. Cornaro Maria; Ferdinandi regis et Maximiliani archiducis summarium culparum card. Melchioris Gleselii et apologia ad imperatorem; **Tonti Michelangeli** card. summarium testamenti; contra Bzovii calumnias adversus domum bavaricam apologia; iesuitarum ianuensium defensio; **Bentivoglio Guido** card. relatio de Ughenottis.

1 (f. 1). Fusco Francisci santagatensis *Disputatio: An Deus gloriosus uel necessario sua munia exerceat.* Inc. *Cum nuper in Achademia Foroliuiensium quae multis ingeniosis ac nobilibus iuuenibus perornata est atque refferta, questio de Dei operibus inciderit.* Des. *Haec pia mente scripsi, si quid erroris comisi id non uoluntate sed igniauia* (!) *prouenisse fateor, et testor ominibus* (!). Infra alia manu: *Deditissimus seruus Illme excellentiae vestrae franciscus Fuscus santagathensis. V. Eccellenza Illma me perdoni se la se gle mando Così scoretta poiche qui non ui è chi sappia far meglio et harrebbe forse fatto peggio se de nouo se gle fusse fatta transcriuere.*

2 (f. 10). ⟨Bellarmini Roberti. card.⟩ de officio primario Summi Pontificis ad Clementem VII (l. VIII) Pont. Max. (de edd. cf. Sommervogel, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus,* Bruxelles-Paris 1890, 1, col. 1206).

3 (f. 17). Baronii Caesaris card. responsio apologetica adversus Card. Columnae iudicium de Siciliae monarchia in XI Annal. tomo (ed. cum tractatu de

monarchia Siciliae, iudicio card. Columnae et epist. Baronii ad Philippum III regem Hispaniae. Parisiis 1609, p. 162-228).

4 (f. 28). *Quaeritur, an Liceat in electione Summi Pontificis excludere modum eligendi per Adorationem.* Inc. *Res mihi ad disputandum proposita, cum noua est, et quod ego sciam caeteris intacta, cum admodum difficilis.* Des. *hac ratione impediatur electionem* (!) *personae dignioris, ut patet ex dictis.*

5 (f. 36). ⟨De non eligendo summo Pontifice per adorationem⟩. Inc. *Ratio eligendi Summum Pontificem per Adorationem, qua utuntur hodie Sanctae Romanae ecclesiae Cardinales.* Des. *Quae tamen omnia subiicio Sanctitatis, ac Sacrosantae matris ecclesiae correctioni, atque auctoritati.*

6 (f. 47). *Sommario della Bolla di Papa Gregorio XV per la riforma del Conclaue* ⟨constitutiones I-IX⟩. Inc. *Che il Papa non possa farsi per adoratione.* Des. *Quando il Papa ha proposta la Bolla, hà detto, che la notificaua per fatta non la proponeua per hauersi a fare* (cf. Bullarum... amplissima collectio, Romae 1754, 5, parte IV, p. 400).

7 (f. 48). *Lettera del Cardinale Ludouisi* ⟨Ludovici⟩ *al Cardinale* ⟨Friderico⟩ *Borromeo* ⟨de opere a se collato in procuranda reformatione electionis Pontificum per adorationem⟩. Inc. *Hauera V. S. Illma molto bene a memoria che in quelli giorni, che ella si trattenne ultimamente in questa Corte, mi fauori d'aprirmi il suo senso in materia del Conclaue.* Des. *Della mia continuata osseruanza uerso la sua persona; che farà fine, col baciar a V. S. Illma affettuosamente le mani.*

8. *Institutiones diuersorum regnorum* ⟨per romanos pontifices⟩. [1] (f. 52). *Institutio regni Poloniae.* Inc. *Anno Christi Domini 999 Boleslaus Chrabri unicus filius Myeczlai suffectus.* Des. *rediitque* ⟨Boleslaus⟩ *in Gnesnam othone ad Macdeburg diuertente.* Deinde lingua hispanica notula eiusdem scribae manu: *Despues los Reyes de Polonia fueron priuados de nombre de Rey, y uinieron à Auignon a los Papas los quales... y en este interregno los Portugueses fundan su precedentia.* [2] (f. 55). *Varii Principes a sede apostolica instituti. Ex archivis Bibliothecae Sedis Apostolicae.* Inc. *Rex Regum et Dominus Dominantium Iesus Xptus, cui dedit omnia Pater in manu.* Loquitur de Pipino, Carolo Magno, Othone III, de Electoribus germanicis ac de eorum epistola ad Nicolaum III, des. *Christo Deo nostro cuius est ipse Vicarius.* [3] (f. 59ᵛ). *Ex Archivio eiusdem Bibliothecae.* Inc. *Demetrius Croatiae Dalmatiaeque Dux a Gebizone apostolice sedis legato,* loquitur etiam de regno Bulgarorum, de Aldefunso duce Portugalliae, de duce Bohemiae, de Balduino rege hierosolymitano, de regno Armeniae, Hungariae. Des. *ex monumentis Historiarum et Regestis Romanorum Pontificum, quae seruantur in Archiuis Bibliothecae Vaticanae.* [4] (f. 62) *Institutio Regni Hiberniae a*

Paulo IIII, seu Bulla, quae inc. *Illius per quem reges regnant* (Bullarum etc. amplissima collectio, Romae 1745, 4, parte I, p. 315).

9 (f. 64). *Lettera del Cardinale de Medici, che fu Papa Clemente VII al Padre del Card. Marco Cornaro* ⟨epist. commendatoria ut sibi faveat in summo pontificatu adipiscendo⟩. Inc. *Magnifice Domine, uti frater Amantissime. Per essere la servitù, ch' io ho con Monsignore mio Reverendissimo suo figlio ben conosciuta da V. S.* Des. *che le è da me reso il cambio con gran misura. Così etc. Romae 19 Septembris 1523.*

10 (f. 66). *Cardinalis Ludovisi* ⟨Ludovicus⟩ *Cardinali Gleselio* (Khlesl Melchiori) *salutem* ⟨extollit suam operam in procuranda illius Cardinalis liberatione⟩. Inc. *Ea semper Ghliseli Cardinalis amplissime extitit in te animi mei voluntas, illud studium ut nihil expertiuerim (!) impensius.* Des. *habueris tuae utilitatis ac Dignitatis propugnatores acerrimos. Romae Anno 1622. Die Mensis etc. Vale.*

11 (f. 68). *Ristretto delle Colpe del Cardinale Chessellio* (Khlesl) *dati alla M. dell' Imperatore dal Re Ferdinando, e dall' Arciduca Massimiliano 1618.* Inc. *Assicurato primieramente S. M. di non hauer mai altra intentione che di continuare l'autorità e grandezza sua.* Des. *Stanno aspettando risolutioni buone, et a S. M. C. si raccomandano* (cf. Hammer-Purgstall, *Khesls Leben, Vierter Band*, Wien 1851, p. 402, ubi lingua theutonica datur).

12 (f. 73). *Sommario del testamento fatto dal Cardinale* ⟨Michelangelo⟩ *Tonti* ⟨fundatore collegii Nazareni de Urbe⟩. Inc. *Il Sig. Cardinal di Nazzaret lascia heredi suoi Vniuersali i Padri delle scuole Pie di Roma.* Des. *et al medico assistente cinquanta scudi.*

13 (f. 74). *Graves Calumniae aduersus Domum Bauaricam a Patre Bzouio excogitatae et in Tomo 14 Annalium uulgatae.* Inc. I.^a^ *Illae quae ad electionem pertinent. Tomo 14. Promittit Bzouius se declaraturum publicis monumentis.* Des. *quod ipse, nullo auctore, impudentissime excogitauit.*

14 (f. 78). *Copia di una lettera del Padre Preposito dei Gesuiti della Casa Professa di Genova alli 15 ottobre 1605;* in subscriptione autem: *Copia di lettera di Genova in giustificatione delle false Calunnie contro la Compagnia di Gesù, ch'è in quella Città.* Inc. *li uostri menanti la settimana passata ci seruirono molto bene, scriuendo in qua che noi erauamo cacciati di Genova.* Des. *Piaccia al Signore non sia mai peggio.*

15 (f. 79). Bentivoglio Guido card. relazione degli Vgonotti di Francia in tempo della sua Nunziatura appresso il Re Christianissimo Luigi XIII et inviata a Roma alla Santità di Nostro Signore Papa Paolo V sotto li 7 di Novembre 1619... Inc. *L' heresia dei nostri tempi cominciò a nascere in Francia sotto il Re Francesco primo.* Des. *e del solo suo uero antico, e sourano Monarca.* (*Re-*

lationi del Card. Bentivoglio pubblicate da Erycio Puteano in Anversa, ristampate in Colonia, 1630, 1, p. 235-252).

Codex variis manibus transcriptus est. Plura interpolata folia vacua sunt. Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XVIII.

539 (olim. 679, cf. f. 1). An. 1280 (?), cf. f. 277, membran., mm. 454×320, ff. II. 279.

Alphonsi X sapientis, Castellae regis, historiae generalis mundi pars IV cum versione, lingua castellana, aliquot prophetarum et librorum Esther et Ecclesiastici. F. 1. *A qui se comiença la quarta parte de la general estoria que el muy noble Rey don Alfonso mandò fazer. Prologo,* inc. *Fasta qui auemos leuadas las estorias de las quatro edades del mundo por annos depardidos,* des. *en los annos del regnado deste ptholomeo philopator.* Continet historiam a regno Nabuchodonosor usque ad regnum Ptolomaei Philopatoris. Caput I (f. 3), *A qui se comença la estoria de Nabuchodonosor rey de Babylonia et de Caldea,* inc. *Muy nombrado fue Nabuchodonosor Rey de Babilonna et de Caldea por muchas tierras.* Des. capite: *Dell Rey Anthioco el grand et del Rey Appollonio,* verbis*: et comiença - se la quinta parte desta estoria e nel Rey Apollonio.* Inter has historias insertae sunt versiones librorum Daniel, Ieremiae, Baruch, Habacuc, Iudith, Esdrae, Neemiae, Aggaei, Zachariae, Malachiae, Esther et Ecclesiastici. (De hoc opere cuius primum volumen tantum cognovit Antonio, Bibliotheca hispana vetus, Matriti 1788, 2, p. 85, n. 216, en alterum ex historiae generalis voluminibus, quae doctus vir, ibid. n. 218, vel deperdita vel in bibliothecis delitescentia questus est.).

Pretiosissimus hic codex, utpote monumentum litterarum hispanicarum, duabus columnis una manu scriptus est, uti legitur in subscriptione: *Este libro fue acabado en Era de mil et trezientos et diziocho anno* (aerae vulgaris 1280); at fortasse codex ab exemplari huius anni fideliter transcriptus est, quia codex saec. XIV magis quam XIII convenire videtur). *En este anno yo Martin perez de Maqueda escriuano des los libros de muy noble Rey don Alffonsso escriui este libro con otros mis escriuanos que tenia por su mandado.* Tituli historiarum in circulis, quadrato inscriptis, lineis artificiosis et coloribus ornatis; initiales maiores rubrae et caeruleae alternae lineis artificiosis et coloribus decoratae sunt. In f. 2^v tabula picta in duas partes divisa, in superiore aula regia quinque arcubus constans, in arcu medio rex Nabuchodonosor sedens in throno aureo librum sinistra genibus sustentans dexteram protendit ad aulicos octo (ministros, nobiles, sacerdotes, doctores) hinc inde assidentes; in parte inferiore sylva, deorsum ad regis sinistram infantem pannis involutum humi stratum famulus deposuit, dextrorsum mater equo descensa genuflexa post arborem filium expositum prospectat; in umbra supra montem casa. Ff. I, II, 277^v-279 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii, in tegumenti paginis fibularum vestigia.

540. Saec. XVI ex., chart., mm. 323×228, ff. I. 147.

⟨Bozi Thomae eugubini⟩ *De signis Ecclesiae* (seu) *De triplici Ecclesiae coniunctione cum Deo spiritus, corporis et Regni, libri quatuor.* Lib. I (f. 3) inc. *De nobilitate, et utilitate totius tractatus. Quantum sit in Ecclesia Maiestatis, atque adeo Diuinitatis ab ipso Deo Christo in eam collatum.* Lib. IV des. *accedit ad Antichristum, qui haec omnia tollere conabitur, quo quis plura, et maiora ex his bona ab Ecclesia auferre molitur;* praeit (f. 2) dedicatio *Serenissimo Francisco Mariae Feltrio Ruereo, Vrbini duci VI.*, quae inc. *Cum nostrae mentis a summo singularum rerum opifice Deo; qui caetera in lucem per alios dare solet* ac des. *per nos adiiciat Ecclesiae suae sequendae, et colendae splendorem* (hic libellus immissus fuit ab ipso auctore in aliud opus maioris molis eiusdem tituli: *De signis ecclesiae Dei libri XXIIII,* Romae impressus 1591; quare e. gr. caput I huius est idem ac secundum caput operis impressi; interdum tamen inserta sunt tantum verba ac sententiae).

Codex in f. 1 hanc notulam praefert. *Est Thomae Bozii Eugubini opus de Signis Ecclesiae Dei ut apparet ex collatione capitis secundi in editis, quae tamen fusiora sunt quam in hocce codice habeantur. Liber uidetur esse Autographus. Laurentius Alex. Zacagnius.* Ff. I, 147 vacua.

Simplici membrana contectus est saec. XVII.

541 (olim. 228, cf. f. 1) saec. XIV ex., chart., ff. 41.

Aegidii (?) conclusionum compendium in quatuor libros sententiarum; **Martini** dumiensis episc. formula honestae vitae; **Isocratis** oratio ad Demonicum iuxta veterem versionem; **Aristotelis** de virtutibus et vitiis iuxta veterem versionem; ex **Apollinaris** Sidonii epistolis sententiae; sententiae et verborum circuli excerpta ex auctoribus medii aevi.

1 (f. 1). ⟨Conclusionum compendium in quatuor libros sententiarum partim soluta oratione, partim versibus⟩. Lib. I inc. *Cupientes aliquid etc. Liber iste diuiditur in prohemium et tractatum et epilogum,* des. *cum quis uult ut crucietur;* (f. 7ᵛ) libri II distinctio I: *Quod Deus est principium omnium naturarum* inc. *Que ad misterium postquam magister in primo tractatu de natura personarum divinarum* des. *Quod ius ditabit licite sibi nemo negabit;* (f. 15) libri III distinctio I, *de incarnatione uerbi,* inc. *Cum uenit... postquam magister egit in 2º libro de rerum coniunctione nunc in tertio agit de diuina* des. *Et sacramentis si leges discutiantur;* (f. 21) libri IV distinctio I inc. *Samaritanus etc. postquam magister egit de rerum naturalium cuniunctione nunc in ista parte agit de sacramentorum institutione* des. *sed leticia satiabuntur agentes gratias de sui liberatione visa impiorum inaffabili calamitate. Expliciunt conclusiones supra quartum sententiarum.*

deo gratias. Infra versus rithmici 1-21 qui incipiunt: *Nil in damnatis peruersus uelle meretur* ac des. *Sic dilexisti fruent* (fluenta?) *uulnera xpi* | *Stigmatibus Christi signari quod meruisti.* Inferius manu saec. XVI. *Compendium sacre theologie dñi aegidij* (num Aegidius luniacus *da Legnago* (?), de quo Sbaralea, Supplementum ad scriptores trium ordinum s. Francisci, Romae 1806, p. 5).

2 (f. 32). ⟨Martini dumiensis episc. formula honestae vitae⟩ (in ms. *Seneca de quatuor virtutibus*). Inc. *Quatuor uirtutum species.* Des. *aut deficientem puniat ignauiam* (Senecae opp. ed. Haase, Lipsiae 1886, vol. III, inter supposita, p. 469-475).

3 (f. 33). Isocratis oratio (in ms. *exhortationes*) ad Demonicum ⟨iuxta veterem versionem⟩. Inc. *In pluribus quidem o dimonice admodum distancias inuenimus inter omnes studiosorum et priuatorum opiniones. ualde namque magnam distanciam ceperunt in mutuis usibus.* Des. *uix enim aliquis ex hac solercia optinere poterit impricata* (!) *nature.*

4 (f. 34ᵛ). Aristotelis ⟨de virtutibus et vitiis⟩ (in ms. *de laudabilibus bonis*) iuxta veterem versionem. Inc. *Laudabilia quidem sunt bona uituperabilia aut turpia.* Des. *uituperabilia sunt* (de edd. cf. Fabricius-Harles, 3, p. 359).

5 (f. 35ᵛ). Cai Sollii Apollinaris Sidonii sententiae ex epistolis (in ms. manu posteriore: *Extracta epistolarum Gaij et Apolinaris et Sidonii pulcherrima et notanda*). Incipiunt: *Audias plurima, pauca loquaris uel respondeas. In conuiuio aut ulla narrentur aut certa.* Desinunt: *Magnus est cui melius contigit loqui quam didicerit et melius uiuerit quam loquatur cum in ceteris rebus... felicissimum est superari.*

6 (f. 37). ⟨Sententiae et formulae ex epistolis et operibus auctorum aetatis mediae⟩. Inc. *Ordo racionis expostulat?... precibus alter alterius condensendere hinc est quod uestre puritatis precamina que loco suscepimus mandatorum secundum uestrum affectum ducere uolumus ad effectum uestre clare dominationi que grata sunt cunctis temporibus pro uiribus gestientes.* Des. *quantum cum deo possumus uobis tenore presentium concedimus facultatem.* Infra: *Nos cum prole pia benedicat uirgo Maria, amen.* Notanda in Glossario huius auctoris verba: *Pigrito, Pannus, Spabaldonibus, scolaris, scrupulus* (ex epistola X Attonis episc. vercellensis; M. 134, col. 119, lin. 6 ab imo).

Codex duabus columnis ac littera currenti exaratus titulos et initiales maiores praebet rubricata. F. 36ᵛ vacuum.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

542. Saec. XVI, membran., mm. 274×210, ff. I. 79.

Epistolarium (seu epistolae quae legi solent in missis). 1 (f. 2). ⟨Epistolae in dominicis ac feriis anni⟩. Dominica prima de Adventu. Lectio epi-

stolae beati Pauli apostoli ad Romanos. Inc. *Fratres scientes quia hora est.* Des. cum epist. in dominica XXIIII post pentecosten. *In Christo Iesu domino nostro.* 2 (f. 58). Epistolae in propriis sanctorum (in ms. *Proprium sanctorum*). Inc. cum epist. in festo s. Andreae apost. *Lectio epist. b. Pauli apost. ad Romanos. Fratres. Corde enim creditur ad iustitiam.* Des. cum epist. in festo omnium sanctorum. *Lectio apocalypsis* etc. *honor: virtus: et fortitudo deo nostro: in secula seculorum. Amen;* inter sanctos s. Franciscus assisiensis. 3 (f. 66^{v}). Epistolae in communibus missis sanctorum (in ms. *Sanctorum comune*). Inc. *In vigilia unius apostoli. Lectio libri sapientiae. Benedictio domini super caput iusti.* Insunt epistolae in dedicatione ecclesiae, in festis b. Mariae v. per annum et in die mortuorum. Des. cum lectione libri Apocalypsis beati Ioannis apost. *In diebus illis. Audiui vocem de coelo ... opera enim illorum sequuntur illos.*

Codex titulos rubros, initiales autem maiores caeruleas et rubras alternas lineis et interdum glandibus ornatas exhibet. In f. 1^{v} tessera gentilicia urbinas auro et coloribus picta cum inscriptione: *Serenissimo Francisco Mariae* ⟨II⟩ *de Ruvere Vrbini Duci F. Simon Ferrus Vrbinas Augustinianus dicavit.* Folii 2 margines picti auro et coloribus cum humanis capitibus, puerulis ac tesseris gentiliciis Pauli IV et *IV*⟨lii⟩ *F*⟨eltrii de Ruvere⟩ *CARD*⟨inalis⟩ *V*⟨rbinatis⟩. In margine superiore aedes sacra et Maria v. cum puero Iesu, quibus duo angeli ramos quercuum offerunt.

Codex simplici membrana vittis clausa contectus est saec. XVI-XVII.

543 (olim 465, cf. interiorem paginam tegumenti), saec. XII, membran., mm. 286 × 200, ff. I. 171.

1. Psalterium cum glossa ordinaria et interlineari ⟨breviata⟩, quae inc. *Primus psalmus quasi titulus et prefatio totius libri et ideo uidetur carere titulo quia de commendatione christi principaliter loquitur,* des. *et canonice scriptae unus dicuntur eoque mirabili unitate concordant* (cf. Biblia... cum glossa interlin., Venetiis 1588, vol. 3). 2 (f. 157^{v}). Canticum Isaiae prophetae (Isaiae cap. XII). « Confitebor tibi domine quoniam iratus » cum glossa ut supra. Inc. glossa interlinearis: *ita consolatus* « non timebo » *non timide ut in lege.* Des. « in medio tui sanctus Israel » *et cum hominibus conversatus est.* Glossa ordinaria autem una est, quae inc. « Adinventiones » *bona quibus opera inuenitur uel incarnatio* ac des. *qui inuenit omnem uiam scientiae.* 3 (f. 158). Canticum (in ms. *Scriptura*) Ezechiae regis iuda (Isaiae, XXXVIII, 10). « Ego dixi in dimidio dierum etc. »; Glossa ord. inc. « Ego dixi » *quae tempore angustiae cogitaret narrat.* Des. *quod ipse misericordiam consecutus est laudi*⟨ans (?)⟩ *dei clementiam.* 4 (f. 159). Canticum Annae « Exultavit cor meum etc. » (Regum I, 2, 1). Glossa ord. inc. *In samuele figurata est mutatio sacerdotii.* Des. « deduc et reduc » *hoc de Xristo quem morti tradidit et suscitando uiuificauit.* 5 (f. 160). Canticum Moysi

« Cantemus domino etc. » (Exod. 15). Glossa ord. inc. *Primum ominum canticorum summa proponitur.* Des. *unde cepit me finit.* 6 (f. 161). Canticum Habacuc (in ms. *oratio abacuc pro ignorationibus*) « Domine audivi *etc.* ». Glossa ord. inc. *LXX domine audiui auditionem tuam et timui.... Oratio abacuc pro ignorantibus errauerat.* Glossa ord. des. « ego autem in domino gaudebo ». *Laudabo equitatem.* 7 (f. 162ᵛ). Canticum Moysi « Audite caeli » (Deuteron. 32). Glossa ord. inc. *Predixerat deus moysen moriturum esse.* Des. *et malitiam destruxerit.* 8 (f. 166). ⟨Symbolum Athanasianum cum glossa marginali et interlineari⟩. Glossa marg. inc. *Hic beatus anastasius* (!) *liberum arbitrium posuit* ac des. *non dubitemus si ad aeternam peruenire uolumus.* Glossa interlin. inc. *fidem* idest *plenam ut ea* (!) *non scindat per haeresin nec ullo scismate corrumpat* ac. des. *et si ita non credideris saluus esse non poteris* (cf. Burn, *The Athanasian Creed and its early commentaries* in *Textes and Studies*, vol. IV. Cambridge 1896, *The Stavelot commentary*, p. 12-20). 9 (f. 168). ⟨Canticum trium puerorum⟩. « Benedicite omnia opera domini domino » (Daniel., 3, 57) cum glossa marg., quae inc. *Ad aliam significationem uidetur...* « Benedicite omnia etc. » *esse eos qui in... dominum accusare non metuunt.* Des. *constaret esse inpotentem atque corruptibilem.* 10 (f. 169). Canticum Zachariae prophetae « Benedictus dominus deus Israel » (Luc. 1) cum glossa interlin. ac marg., quae inc. *Magna largitas diuina pietatis aeccae* (!) *loquela.* Des. *prius illuminantur corda, postea opera diriguntur.* 11 (f. 170). ⟨Canticum b. Mariae virg.⟩ « Magnificat » (Luc. 1) cum glossa interlin. et marg., quae inc. *Maria audita responsione elisabeth qua beatam.* Des. *et beatitudinis erit gloria perennis.* 12 (f. 170ᵛ). ⟨Canticum Simeonis⟩. « Nunc dimittis » (Luc. 2) cum glossa interlin. et margin., quae inc. *Veteranus accepit infantem* ac des. *et mentis oculis saluatorem contemplor.*

Codex, qui n. 12 vel 13 antiqui indicis urbin. convenire potest, titulos et initiales maiores praefert rubras, initiales maximas auro, caeruleo, aliis coloribus ac duabus avibus ornatas. In folii 1 margine inferiore tessera gentilicia comitum urbinatium una aquila praedita, quam duo angeli sustinent; uterque angelus collo gerit parvam crucem rubro laqueo suspensam. In f. 32 nota: *yhs a dì XI daprile 1454, Venne la nouella della pace* (inter principes Italiae). *Giovedi. La quale per uirtu del salmo che di sopra chomincia Exultate in domino Rectos decet collaudatio duro gran tempo.* Folia I. 171 vacua sunt.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

544 (olim. 10, cf. f. 1) saec. XV, membran., mm. 296×181, ff. III. 204.

Salomonis libri; ex **Aristeae** hist. de septuaginta interpretibus sententiae; **Senecae** de otio et de vita beata; **Pseudo-Senecae** de moribus ac de verborum copia; **Publilii Syri** sententiae; **Sexti** pythagorici enchiridion Rufino

interprete; Sentientiae excerptae e **Ciceronis** libris de officiis et de amicitia sententiae et proverbia e **Terentii** comoediis; sententiae et proverbia multorum philosophorum.

1. Salomonis [1] (f. 1) proverbia. [2] (f. 30). Ecclesiastes liber. [3] (f. 40). Sapientiae liber. [4] (f. 61). Ecclesiastici liber.

2 (f. 114). ⟨Ex Aristaeae historia de septuaginta duobus scripturae sacrae interpretibus ad Philocratem fratrem sententiae 1-72⟩ (in ms. *Incipiunt interrogationes et responsa facta per Tolomeum et septuaginta interpretes*). Inc. *Quonam pacto regnum incolume in finem usque conseruet⟨ur⟩. Ille parumper cunctatus inquit.* Des. *omnique labe exemptam illustrauerit* (Bibliotheca patrum, Parisiis 1589, 7, col. 19, C. 1. - col. 28, A. 12).

3 (f 125). ⟨Pseudo-Senecae de moribus liber⟩ (Haase, Senecae opp., Lipsiae 1886, 3, p. 462-467).

4 (f. 129). ⟨Publilii Syri sententiae⟩ (in ms. *Annaei Senecae proverbiorum liber*).

5. Senecae [1] (f 138) de vita beata. Subnectitur [2] (f. 155, lin. ult.) eiusdem de otio.

6 (f. 161). Sexti pythagorici enchiridion (in ms. *sententiae*) ⟨Rufino interprete⟩ (Mullachius, fragmenta philosophor. graec., Parisiis, Firmin-Didot, 1883, 1, p. 523-531; praeeunt (f. 161) ss. Hieronymi et Augustini de Sexto testimonia, cf. codd. 260 et 486).

7 (f. 171). Sententiae et proverbia multorum philosophorum. Incipiunt: *Vnum aliquid sapiens diuina. Vnum quippiam praeclarum ellige.* Continet sententias ex Solone, Biante, Pittaco, Periandro, Anacarsi, Anaxagora, Socrate, Aristippo, Platone, Bione, Aristotele, Theophrasto, Demetrio, Antistene, Diogene, Zenone, Epicuro. Desinunt: *Non potest iucunde uiui nisi prudenter et honeste ac iuste uiuatur neque prudenter honeste ac iuste nisi iucunde.*

8. Ciceronis [1] (f. 184v). Sententiae excerptae ex libris officiorum. Incipiunt: ⟨De prudentia⟩ *Virtutis enim laus omnis in actione consistit hoc solum notabile de prudentia.* Sequuntur sententiae *De fortitudine* ⟨de temperantia, de iustitia ac de aliis virtutibus⟩. Desinunt: *harum enim uirtutum proprium nihil pertimescere, omnia humana despicere. nihil quod homini possit accidere tollerandum putare.* [2] (f. 193). Sententiae excerptae ex libro de amicitia. Incipiunt: *Ego uero uos ortari minime possum: ut amicitiam anteponatis omnibus humanis rebus.* Desinunt: *Omnia autem breuia tolerabilia esse debent. etiam si magna sint.*

9 (f. 196). Terentii sententiae et proverbia excerpta ex comoediis. Incipiunt: *Nam hoc tempore obsequium amicos: ueritas odium parit.* Desinunt: *Quamobrem te oro ut alia facta sunt eoque animo feras.*

10 (f. 200). *Annaei Lucii Senece Cordubensis de verborum copia ad Paulum liber.* Inc. *Turpissima est iactura que per negligentiam fit.* Des. *Si cum exceptione detur sapientia ut illam inclusam teneam* (sunt probabiliter excerpta ex epistolis Senecae et ex noto libro Martini dumiensis de quatuor virtutibus cardinalibus aut de formula honestae vitae, cf. Haase, Senecae opera, Teubner Lipsiae 1886, 3, p. XXI sq.).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 270 signatur, titulos praefert rubros, initiales maiores aureas lineis et coloribus ornatas. In f. III^v tabula rectangularis ornata globulis aureis et floribus, in media tabula index operum. Folii 1 tres margines ornati sunt auro, floribus, avibus, duobus insignibus penicillo et ventosa ac tessera gentilicia corona, vexillo pontificio et quatuor aquilis praedita cum litt. F⟨idericus⟩ DVX. Ff. I-III^r, 60^v, 124^v, 160^v, 199^v, 203 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

545 (olim. 49, cf. f. I). Saec. XII-XIII, membran., mm. 285×195, ff. I. 96.

Leviticus cum glossa ordinaria et interlineari. Glossa ordin. inc. *Esitius. Pre omnibus necesse est interpretationem legis.* Des. *quia intentionem diuinam celestemque gerunt* (Biblia cum glossis interlin. et ordinaria, Venetiis 1638, 1, f. 214-264^v; in ms. tamen interdum glossae alio ordine dispositae sunt).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 8 signatur, nullam litteram rubricatam, titulum autem manu posteriore additum praefert. Ff. I. 1^r, 95^v, 96 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

546 (olim 51, cf. f. 1). Saec. XV in., chart., mm. 279 × 212, ff. IV. 56.

⟨Apocalypsis versio italica cum glossis italice e Nicola de Lira desumptis⟩. Textus inc. *Apocalypsis di yhesu Xpo lo quale dio diede allui fare palesamente a suoi serui. lo quale e bisogno dessere facto presto. Et significo mandandolo per langelo suo al seruo suo giouanni. Lo quale rende testimonio alla parola di dio... Beati quelli che legge.* Des. *Anchora io uengho tosto. Vieni signore yhesu. Gratia del nosignore yhesu Xpisto con tutti uoi. Amen.* Glossae incipiunt: (N)*El uecchio testamento. Sono alcuni libri . legali . ystoriali . Sapientiali Et prophetali . Nel nuouo a legali correspondono euangelii . a libri ystoriali Gli acti degli apostoli.* Desinunt: *et soggiogne la sua oratione per tutti li fedeli quando dice . Gratia dñi nr̄i yhū Xp̄i . cum omnibus uobis . amen.*

Codex littera currenti scriptus initiales praebet rubras, primam initialem A variis coloribus rudi manu pictam, in qua angelus tubam inflat, unus e mortuis resurrexit, sursum candelabrum septem lucernis pendentibus. Ff. I-III, 51-56 vacua.

Tegumenti opercula pergamena viridi contecta sunt saec. XVII.

547. Saec. XV, membran., mm. 254 × 171, ff. I. 7.

De sacerdotio Iesu Christi per sanctum virum Ambrosium ⟨Traversari⟩ *sacrae heremi camaldulensis patrem generalem* ⟨translato⟩. Inc. *Temporibus piissimi imperatoris Iustiniani fuit uir quidam princeps iudaeorum Theodorus nomine plurimis christianorum ipsique fidelissimo Imperatori maxime, notus.* Des. *quod apud iudaeos occultum seruabatur aperuisse* (de edd. huius putidae fabellae a Suida desumptae v. Ἰησους, cf. Fabricium, Codex apocryphus n. Test., Hamburgi 1703, p. 371); praeit [1] (f. 1) Friderici de Manfredis, episc. faventini, Friderico Vrbini duci epistola, qua opusculum in membranis a se transcribi curatum ad eum mittit: *Federicus de Manfredis... Federico Vrbini duci... salutem. Non possum non grate ac suauiter affici . dum tuam in me beniuolentiam - Vale in domino dux gloriosissime et nimium dilecte deo princeps;* sequuntur [2] (f. 6ᵛ) ⟨Thaddaei de Viarana versus in laudem Ambrosii Traversari⟩: Incipiunt: *Si cupis auctorem praesentis nosse libelli,* desinunt: *fulta carina tuis* (editi post Martene et Durand a Laur. Mehus in epist. et vita Ambrosii Traversarii, Florentiae 1759, 1, p. 416-417).

Codex littera currenti scriptus titulos exhibet rubros, initiales maiores aureas lineis coloribusque ornatas. Folii 1 margines decorati sunt auro, floribus ac tribus insignibus. 1. Aquila nigra capite coronato alis expansis in summo clivo, taenia sursum cum inscriptione: *Ingenium superat uires.* 2. Aquila iterum collo columnae ligato, sursum columnae apposita taenia cum inscriptione: *Rectis corde.* 3. Leopardus cubans ad radices arboris oculis orario circumligatis, in summo arbore taenia cum inscriptione: *Sic oportet.* In f. 1ᵛ et 2 binae tesserae gentiliciae Friderici Urbini ducis; altera vexillo pontificio, corona ac duabus aquilis praedita quam duo puelli aligeri sustinent, altera aquila media cum corona et casside et infra tessera duabus aquilis praedita. Ff. I, 7ᵛ vacua sunt.

Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XVIII.

548. Saec. XV, membran., mm. 247 × 144, ff. I. 330.

Salomonis libri. **1** (f. 21). Parabolae; praeeunt [1] (f. 1) ⟨catalogus sententiarum, quae in libris Salomonis reperiuntur, alphabetico ordine⟩, incipiunt: *Adulterium pessimum homini. Prou. cap. 6.* desinunt: *ad consolidanda uulnera et dolores corporis mitigandos cap. 38;* [2] (f. 15) s. Hier. prologus: *Iungat epistola* (M. 28, 1305-1308); [3] (f. 17) ⟨eiusdem alter⟩ prologus ⟨ex commentario in Ecclesiasten desumptus⟩: *Tribus nominibus uocatum - omnia referuntur ad Christum* (M. 23, 1063, A, 2 - 1065, A, 5); [4] (f. 19ᵛ) ⟨eiusdem⟩ argumentum (in ms. *alius prologus*): *Tres libros Salomonis - peregrina memento* (M. 29, 425 428). **2** (f. 101). Ecclesiastes; praeit (f. 99ᵛ) s. Hieronymi prologus: *Memini me ante hoc* (M. 23, 1061-1062). **3** (f. 125ᵛ). Cantica canticorum. **4**. (f. 139). Liber Sapientiae; praeit (f. 138ᵛ) prologus: *Liber sapientiae apud hebreos*

(M. 113, 1167). **5** (f. 191^{r}). Ecclesiasticus; praeit (f. 189^{r}) ⟨s. Hieronymi⟩ prologus: *Multorum nobis et magnorum* (M. 29, 445-446). **6** (f. 328). Oratio.

Codex a f. 1 ad 13 littera currenti ac duabus columnis, a f. 15 ad finem littera rotunda grandiore et eleganti scriptus est: *Manu Matthaei de Contugiis de Vulteris*, ut notat librarius ipse in f. 329^{v}. In f. 14^{v} tabula eleganter pictura unicolori, auro, candelabris duobus ac tessera gentilicia (duo leones erecti ac duo capita cervorum) OC⟨taviani⟩ VB⟨aldini⟩ ornata est; in media tabula litteris aureis tituli operum. Margines folii 21 elegantissime auro, candelabris, frondibus, lapidibus pretiosis, duabus bestiis (cervo cubante et leopardo), quatuor angelis; alter fistula, alter cithara, alter tympano, alter instrumento, quod vulgo *violino*, canit. Infra duo angeli sustinent tesseram alteram eiusdem Octaviani Vbaldini, nisi quod inter capita cervorum splendent duae stellulae aureae. In initiali P Salomon in sedia curuli sedens librum dextera super genibus sustinens sinistra alloquitur puerum regalis stirpis ante se stantem, in umbra huius litterae palatium ad maris ripam. Tituli in hoc codice sunt litteris aureis minusculi, litt. maximae aureae frondibus et coloribus, maiores aureae lineis et coloribus ornatae, initiales minores tum aureae tum caeruleae. In f. 21 litterae compendiariae A. D. H., vasi ansato inscriptae, fortasse nomen pictoris celant. Ff. 1, 14, 330 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii VI auro impressa.

549 (olim 219, cf. f. 1). Saec. XIV ex., membran., mm. 250 × 168, ff. III. 166.

Monaldi (Monaldeschi episc. beneventani?) compendium theologiae fratris pauperis.

F. 1. *Compendium* ⟨theologiae⟩ *pauperis fratris minoris fratris Monaldi episcopi* libri I-VII; lib. 1 (f. 3^{r}) inc. *Rubrica quod theologia sit scientia. Quod autem theologia sit scientia altissima, una, certissima et clarissima, speculatiua simul et practica*, des. *ad cuius finem perductus est noster rudis et exilis ingenii et intellectus stilus. qui cum patre et spiritu s. uiuit et regnat in secula seculorum. Amen;* praeeunt [1] (f. 1) prologus, qui inc. *Ueteris ac noue legis continentiam magister sententiarum in IIII^{or} libros distinxit* ac des. *In plerisque autem articulis exigua posui sciens quod doctores de exiguis eximia cogitabunt;* [2] (ibid.) *Rubricae primi libri quod theologia est scientia et continet IX articulos*, incipiunt: ⟨Articulus⟩ *Primus quod theologia est scientia . secundus quod est una . Rubrica XXXVII, De natura dei et continet tres articulos*, des. *In tertio ponuntur effectus ex quibus et in quibus deus suam ostendit naturam;* (f. 29^{r}) lib. II *de rerum creatione;* praeeunt rubricae LXVI, quae continent articulos CCLXVI; (f. 58) lib. III, *de malo*, continet rubricas XXIX cum suis articulis; (f. 84^{r}) lib. IV, *De verbo incarnato*, continet rubricas XXVI cum suis articulis; (f. 104^{r}) lib. V, *de gratia, virtutibus et merito*, continet rubricas LXXXI cum suis articulis; (f. 138^{r}) lib. VI, *De sacramentis*, continet rubricas XXXVII cum suis articulis; (f. 156) lib. VII, *De finali iudicio*, continet rubricas XXX cum suis articulis, inc. *De purgatorio haec dicentur* des. *ex sua sola misericordia .. expectamus.*

Codex, qui convenit n. 198 antiqui indicis urbin., binis columnis scriptus titulos praefert rubros, initiales autem maiores tum caeruleas tum rubras. In f. II, manu saec. XVI: *Summa Theologiae breuis Anonymi.* In folii 1 marginibus tribus ornamenta florum, fructuum, auri ac tesserae gentiliciae F⟨riderici⟩ Urbini D⟨ucis⟩ vexillo pontificio, corona et quatuor aquilis praeditae, quae posterius addita sunt. In marg. autem eiusdem folii Zacagni (ut videtur) titulum fere erasum restituit: *Forte legendum. Incipit compendium pauperis fratris Minoris seu fratris Monaldi Episcopi.* In f. 165^{v} et 166 parvus index imperfectus contentorum, ordine alphabetico. Ff. I-III, 167 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

550 (olim 227, cf. f. 1). An. 1400 (cf. subscr. f. 129^{v}), membran., mm. 258 × 194, ff. III. 131.

Petri ⟨Philargi⟩ (seu Philareti) **de Candia** (seu **Alexandri V**) pont. max. in primum sententiarum quaestiones I-VI (cf. Sbaralea, Suppl. ad scriptores trium ord. s. Francisci, Romae 1808, p. 9). Inc. *Circa prologum in quo communiter querunt doctores de habitu per studium Theologicum acquisito. Quaero istam quaestionem utrum intellectus viatoris per exercitium theologicum acquirat euidenter notitiam de credibilibus reuelatis.* Des. *et primi libri speculatio ad independentis et ineffabilis trinitatis ac unigeniti ihesu Xp̄i laudem et eius genitricis Iubilationem. Amen. Amen.*

Codicem binis columnis ac littera currenti a quonam scriptum declarat ipse librarius in subscriptione f. 129^{v}: *Explicit lectura primi sententiarum doctoris facundissimi domini Petri de Candia episcopi Nouariensis Ordinis fratrum minorum. Per me Berardum lamberti de Heynsberch clericum Coloniensem. Sub anno domini MCCCC de mense Nouembris. Deo gratias.* Infra alia manus saec. XV iteravit operis titulum. In marginibus lemmata duabus manibus. Initiales maximae caeruleae lineis rubris ornatae, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae; verba expendenda litteris maioribus nigris scripta sunt. Ff. I-III, 130, 131 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

551. Saec. XVI ex., chart., mm. 269 × 187, ff. III. 103.

Riccoboni Barnabae rhodigini (in Polesino) abbatis olivetani liberum arbitrium sive de libera hominis facultate dilucidatio ad sanctissimum patrem nostrum Paulum Papam V. Pont. Max. ⟨Capita I-XX⟩. F. 5^{v}, caput I « *Habet homo liberum arbitrium* » inc. *Esse in Homine libertatem, siue liberum Arbitrium quemadmodum etiam est in Angelis et in Deo, nemo sanae mentis est siue Philosophus, siue Theologus qui inficiari possit.* Caput XX « *Quomodo Arbitrium praefiniatur a Deo* » des. *et Summus Pontifex apud quem fiunt, de hac re, in dies acutissimae Virorum peritissimorum disputationes. Cui profecto decisioni Sanctae atque uerae, nobis omnibus erit parendum. Laus Deo. Finis;* praeeunt [1] (f. 2) ad Lectorem: *Discrimina maxima inter praecipuos Theologos moderniores, superioribus annis*

exorta - et mecum infinitae suae bonitati gratias agas immortales; [2] (f. 4) prooemium: *Quoniam nostrae liberae uoluntatis electio - apertamque huius rei cognitionem habeamus.* (De hoc auctore nonnulla reperies apud Lancellotto, Historiae olivetanae libri I-II, Venetiis 1623, p. 237).

Ff. I-III, 101-103 vacua sunt.

Tegumenti opercula simplici membrana cum ornamentis ex auro contecta sunt et vittis clausa saec. XVI-XVII.

552. Saec. XIV, membran., mm. 238 × 160, ff. 103.

Augustini ⟨**Triumphi**⟩ seu **de Ancona** ord. eremit. s. Augustini, *postilla siue lectura super Ioannem.* Comment. inc. (f. 3v) « In principio erat verbum etc. ». *quia Iohannes rogatu episcoporum asye hunc librum composuit contra hereticos coeternitatem et sublimitatem filii.* Abrumpitur commentarius capite XI, vv. *miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes . domine ecce quem amas infirmatur . similiter et boni claustrales pro fratre qui est in accidia uel peccato debent mictere nuncium ad dominum idest deuotam orationem...*; praeeunt [1] (f. 1) ⟨prooemium⟩, quod inc. *Ego ex ore altissimi prodii primogenita.... uerba sunt sapientie idest filii ecclesiastici XXIIII ex quibus materia et diuisio huius libri plenarie demonstratur* ac des. *et hic est iohannes;* [2] (f. 3) manu posteriore: *prologus Aug*⟨*ustini*⟩ ⟨seu potius commentarius in incerti auctoris praefationem, quae praemittitur s. Augustini tractatibus in s. Iohannis evang. (M. 35, 1377-1380)⟩. Comment. inc. « *Omnibus diuine scripture paginis.* » *hic est prologus augustini in quo commendat euangelium eo quod impletum ostendit,* des. *cui et matrem uirginem uirgini commendauit.*

Codex nonnullas initiales rubras in prioribus foliis praefert. In summo marg. folii 1 titulus nunc fere evanidus alia manu videtur adiectus, quae etiam pretium addidit: *constitit ducatos tres.*

Codex simplici membrana vittis clausa contectus est saec. XVI-XVII.

553. Saec. XVI ex., chart., mm. 267 × 200, ff. III. 493.

Augustini Triumphi seu **de Ancona** ⟨ord. eremit. s. Augustini⟩ *sermones dominicales ad clerum per circulum anni.* 1 (f. 1). In prima Dominica de Adventu. Inc. « Et tunc videbunt filium hominis... » *Proposita auctoritas quae scripta est in Euangelio hodierno.* Des. *ut in tali iudicio sic possimus apparere, quatenus mereamur audire illam sententiam venite benedicti etc.* 2 (f. 8v). Item de eodem. Inc. « Et erunt signa in sole... » *Verba proposita, Carissimi, quae scripta sunt Luca XXI, secundum sensum misticum.* Des. *et secum faciat nos apparere Xpistus qui est benedictus in saecula. Amen.* 3 (f. 13). Item de eodem. Inc. « Non in comessationibus, et ebrietatibus... » *Sicut scriptum est in sermone*

hodie in nostris auribus recitato a sanctissimo Leone papa. Des. *Et carnis curam in desideriis ne feceritis, cuius fructus participes nos faciat etc.* **4** (f. 19^v). In II Dominica de Adventu. Inc. « Cum audisset Ioannes in vinculis... » *Verba proposita, Carissimi, sumpta de Euangelio hodierno quod ponitur Matthaei XI, secundum sensum moralem.* Des. *secundo aduentu expectamus nos faciat uidere ipsemet Dominus Iesus Christus, qui est benedictus in saecula. Amen.* **5** (f. 27^v). In III Dominica de Adventu. Inc. « Medius autem vestrum stetit.... » *Verba proposita, Carissimi, scripta sunt Ioannis primo, quae quidem uerba exponendo secundum sensum moralem.* Des. *Visionis ergo utriusque naturae tam diuinae, quam humanae participes nos faciat ipsemet Christus, qui est benedictus in saecula. Amen.* **6** (f. 34). In IV Dominica de Adventu. Inc. « Omnis vallis exaltabitur... » *Proposita auctoritas scripta est in Euang. Lucae cap. III, quae quidem auctoritas more solito dupliciter exponetur.* Des. *quod quidem salutare Dei faciat nos uidere ipsemet dominus Jesus Christus qui cum Patre etc.* **7** (f. 48). In Dominica infra octavam Nativitatis. Inc. « At ubi venit plenitudo temporis... » *Proposita auctoritas scripta ad Gal. IIII quantum ad praesens dupliciter exponi potest.* Des. *quantum ad secundum, cuius fructus et utilitatis participes nos faciat Christus qui est benedictus in saecula. Amen.* **8** (f. 52^v). In Dominica infra octavam Epiphaniae. Inc. « Et factum est post triduum invenerunt eum in templo... » *Proposita auctoritas quae scripta est in Euangelio Lucae cap. II, alio et alio modo intellecta poterit dupliciter exponi.* Des. *Cuius sapientiae claritatis participes nos faciat Christus qui est benedictus etc.* **9** (f. 65^v). In Dominica de nuptiis. Inc. « Ut autem gustavit architriclinus... » *Secundum Isidorum in libro de summo bono sacra scriptura secundum multiplicem sensum est exponenda.* Des. *Ipse igitur Iesus Christus faciat nos in eum credere et caritate in eum tendere qui cum Patre etc.* **10** (f. 75^v). In III Dominica post Epiphaniam. Inc. « Domine non sum dignus ut intres... » *Verba proposita, Carissimi, possunt esse dicta in persona praedicatoris.* Des. *propter tuae naturae dignitatem, cuius dignitatis participes nos faciat qui cum Patre etc.* **11** (f. 80^v). In IV Dominica post Epiphaniam. Inc. « Ecce motus magnus factus est in mari... » *Proposita auctoritas, Carissimi, sumpta de Euangelio hodierno quod ponitur Matth. VIII. secundum sensum spiritualem.* Des. *cuius dormitionis et quietis participes nos faciat Christus qui est benedictus in saecula. amen.* **12** (f. 87^v). In V Dominica post Epiphaniam. Inc. « Homo erat pater familias qui seminavit... » *Proposita auctoritas, quae scripta est Matthaei XIII, quantum ad praesens spectat potest esse dicta.* Des. *quam litem et discordiam faciat uitare Iesus Christus qui est benedictus etc.* **13** (f. 92^v). In Dominica Septuagesimae. Inc. « Voca operarios et redde illis... » *Ista est Dominica Septuage-*

simae, in qua sancta mater Ecclesia reminiscitur status innocentiae. Des. *denarium diurnum Christus procurator et mediator noster reddere nobis dignetur, qui cum Patre etc.* 14 (f. 100v). De eodem. Inc. « Ite et vos in vineam... » *Proposita auctoritas, Carissimi, sumpta est de Euangelio hodierno quod ponitur Matthaei XX capite, quae potest esse dicta primo in persona omnium praedicatorum.* Des. *ut mercedem per eum nobis promissam ualeamus accipere, qui cum patre* etc. 15 (f. 103v). In Dominica Sexagesimae. Inc. « Semen est verbum Dei » *Carissimi sancta mater Ecclesia in Dominica praeterita fecit mentionem de exitu patris familias.* Des. *Hunc ergo fructum patientiae faciat nos reddere Dominus Iesus Christus qui cum Patre etc.* 16 (f. 107). In Dominica Quinquagesimae. Inc. « Nunc autem manent fides, spes, caritas... » *In ista Dominica sancta mater Ecclesia facit mentionem de descensu Dei Filii in Ierusalem.* Des. *sed perficiet. cuius perfectionis participes nos faciat Christus, qui cum Patre etc.* 17 (f. 110v). In Dominica Quadragesimae. Inc. « Ductus est in desertum a spiritu... » *Proposita auctoritas, quae scribitur Matthaei IIII capitulo, quantum ad praesens potest dupliciter exponi. Primo de praedicatoris perfectione.* Des. *De ipso diabolo uictoriam reportantibus praemium aeternum largiatur. Qui cum Patre etc.* 18 (f. 120v). De eodem. Inc. « Adiuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei... » *Verba proposita scripta sunt in epistola hodierna, quae ponitur secunda ad Corinthios VI.* Des. *in auxilio oportuno. quam gratiam nobis largiri dignetur Christus qui est etc.* 19 (f. 125v). In II Dominica Quadragesimae. Inc. « Hic est filius meus dilectus... » *Haec auctoritas quae scripta est Matthaei XVII potest exponi primo de diuini uerbi praedicatione.* Des. *quae nos faciat merito obseruare Deus ipse, qui est benedictus in saecula saeculorum. Amen.* 20 (f. 131). In II Dominica Quadragesimae. Inc. « Haec est enim voluntas Dei sanctificatio... » *Verba proposita, Carissimi, scripta sunt in Epistola hodierna, quae ponitur prima ad Thessalonicenses.* Des. *gratiae et uitae participes nos faciat Christus qui est benedictus etc.* 21 (f. 136). In III Dominica Quadragesimae. Inc. « Beati qui audiunt verbum Dei... » *Proposita auctoritas, quae scripta est Lucae XI, potest quantum ad praesens dupliciter exponi. Primo ut sit dicta in persona praedicatoris.* Des. *Ipse ergo Christus faciat nos audire uerbum suum, et ipsum semper custodire, qui cum patre etc.* 22 (f. 142v). De eodem. Inc. « Eratis enim aliquando tenebrae... » *Proposita auctoritas, quae in Epistola ad Ephesios V capitulo scribitur, dupliciter exponi potest.* Des. *et in omni ueritate oris. Hos ergo fructus faciat nos operari Christus qui cum Patre etc.* 23 (f. 152). In IV Dominica Quadragesimae. Inc. « Letare sterilis quae non paris... » *Haec auctoritas exponi potest de divini uerbi exultatione. Secundo de praesentis solemnitatis institutione.* Des. *et tertium in Euangelio. Cuius laetitiae participes*

nos faciat Dominus noster Iesu Christus qui cum Patre etc. 24 (f. 155ᵛ). De eodem... de Rosa. Inc. « Laetatus sum in his... » *Charissimi unusquisque fidelis Christianus in hac sacra solemnitate de duobus debet principaliter spiritualiter laetari.* Des. *ad quam domum perducat nos Christus qui est benedictus etc.* 25 (f. 160). De eodem. Inc. « Accepit Iesus panes... » *Verba proposita scripta sunt in Euangelio hodierno quod ponitur Ioannis VI, quae quidem uerba secundum unum intellectum.* Des. *quantum ad ipsam distributionem faciente ipsomet Christo et largiente qui est benedictus etc.* 26 (f. 166). In Dominica de passione Domini. Inc. « Christus autem assistens Pontifex... » *Verba proposita, Charissimi, scripta sunt in epistola hodierna quae ponitur ad hebraeos IX quae quidem uerba secundum unum modum.* Des. *ad quod tabernaculum introducat ipsemet Christus, qui est benedictus etc.* 27 (f. 171ᵛ). De eodem. Inc. « Quis ex vobis arguet me de peccato... » *Proposita auctoritas, quae scripta est Ioannis VIII quantum ad praesens spectat dupliciter exponi potest.* Des. *quam dilectionem et gratiam faciat nos habere Iesus Christus qui est benedictus etc.* 28 (f. 180). In Dominica de ramis palmarum. Inc. « Iubila filia Ierusalem Ecce Rex venit... » *Proposita auctoritas quae scripta est Zachariae IX, potest quantum ad praesens dupliciter exponi. Primo de praedicatoris perfectione.* Des. *in saluationis pietate, quam salutem concedat nobis ipse Dominus noster Iesus Christus etc.* 29 (f. 186). De eodem. Inc. « Hoc enim sentite in vobis... » *Verba proposita, Charissimi, scripta sunt in Epistola hodierna posita ad Philippenses II. Ad quorum uerborum intelligentiam.* Des. *et operari semper ipsemet Christus qui est benedictus etc.* 30 (f. 191ᵛ). In die Resurrectionis. Inc. « Haec est dies quam fecit... » *Auctoritas proposita quae est in libro Psalmorum sumpta inuenitur.* Des. *cum subinfertur, exultemus et laetemur in ea, cuius gloriae participes nos faciat dominus Iesus Christus etc.* 31 (f. 202ᵛ). De eodem, collatio in Capitulum. Inc. « Expurgate vetus fermentum... » *sicut scribitur Exordi XII tempore quo iudaei agnum paschalem comedebant.* Des. *per ordinem assignabantur, cuius resurrectionis participes nos faciat Christus qui est benedictus etc.* 32 (f. 207). De eodem. Inc. « Itaque epulemur... » *Verba proposita, Charissimi, scripta sunt in epistola hodierna quae ponitur ab Apostolo prima ad Corinthios V, quae quidem uerba.* Des. *et ueritatis epulatio, cuius sinceritatis et ueritatis participes nos faciat Christus, qui cum Patre etc.* 33 (f. 212). De eodem. Inc. « Ego dormivi et somnum... » *Verba proposita, Charissimi, de psalmo assumpta possunt esse dicta primo de praedicatoris conditione.* Des. *quia dominus suscepit de me. Cuius resurrectionis participes nos faciat ipsemet Christus qui est benedictus etc.* 34 (f. 216). In octava Paschae. Inc. « Post dies octo... » *Auctoritas proposita scripta est in Euangelio Ioannis XXI capitulo quae quidem auctoritas dupliciter poterit exponi.* Des. *ut eius resurre-*

ctionis in gloria participes esse possimus. **35** (f. 227). In II Dominica post Pascha. Inc. « Eratis enim sicut oves errantes... » *Propositam auctoritatem, charissimi, scriptam s. Petri II, assumptam de epistola hodierna dupliciter quantum ad praesens exponere possumus.* Des. *Ad ipsum ergo Dominum pastorem animarum nostrarum faciat nos conuerti Christus qui est benedictus etc.* **36** (f. 229v). De eodem. Inc. « Ego sum pastor bonus... » *Tria consueuerunt fieri in quolibet collegio et capitulo.* Des. *quam dilectionem in praesenti et gloriam in futuro faciat nos habere Christus, qui est benedictus etc.* **37** (f. 239). In III Dominica post Pascha. Inc. « Charissimi obsecro vos tamquam advenas et peregrinos... » *Proposita auctoritas quae scripta est prima Petri II capitulo dupliciter quantum ad praesens exponi potest. Primo de diuini uerbi praedicationis sinceritate.* Des. *ut non erubescant de detractoribus laudatores, quod nobis facere concedat ipse Christus, qui est benedictus etc.* **38** (f. 243). In IV Dominica post Pascha. Inc. « Omne datum optimum... » *Proposita auctoritas quae scripta est in canonica Iacobi primo capitulo.* Des. *et immutabilitas, cuius quietis et immutabilitatis participes nos faciat Dominus Iesus Christus, qui cum Patre etc.* **39** (f. 250). In V Dominica post Pascha. Inc. « Estote factores verbi... » *Proposita auctoritas quae scripta est in canonica Iacobi quantum ad praesens dupliciter exponi potest. Primo ut sit dicta in persona omnium.* Des. *sed opere et ueritate, ad quam ueritatem qui Dei filius est perducat nos ipsemet Christus, qui cum Patre etc.* **40** (f. 254v). In VI Dominica post Pascha. Inc. « Estote prudentes et vigilate... » *Proposita auctoritas, charissimi, quae scripta est prima Petri IIII potest ut ad praesens spectat.* Des. *quorum peccatorum remissionem tribuat nobis Christus, qui est benedictus etc.* **41** (f. 259). In die sancto Pentecostes seu de sancto Spiritu. Inc. « Emittet verbum suum... » *Auctoritas proposita de libro psalmorum assumpta dupliciter exponetur.* Des. *quae in isto tertio membro auctoritatis per ordinem describuntur, cuius fructus participes nos faciat etc.* **42** (f. 269v). De eodem. Inc. « Paraclitus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater... » *Proposita auctoritas quae scripta est Ioannis XIIII potest esse dicta spiritualiter.* Des. *Isto igitur triplici modo largiatur nobis Christus Spiritum sanctum, qui est benedictus etc.* **43** (f. 273). De eodem. Inc. « Emitte spiritum tuum et creabuntur... » *Auctoritas proposita scripta in psalmo dupliciter poterit exponi.* Des. *Cuius nouitatis et aeternae gloriae claritatis participes nos faciat Dominus Iesus Christus, qui cum Patre etc.* **44** (f. 284). De eodem. Inc. « Spiritus sanctus disciplinae effugiet... » *Proposita auctoritas quae scripta est in libro Sapientiae primo capitulo.* Des. *in bonorum operum utili fructificatione. Cuius fructus participes nos faciat etc.* **45** (f. 292v). De eodem. Inc. « Refulsit sol in clipeos aureos... » *Proposita auctoritas quae scripta est primo Machabeorum VI quantum ad praesens potest tripliciter exponi.*

Des. *Ipsa ergo peccata faciat nos semper dissipare Christus, qui est benedictus in saecula, amen.* 46 (f. 299). De eodem. Inc. « Quoniam spiritus Domini replevit orbem... » *Proposita auctoritas, charissimi, scripta est Sapientiae primo capitulo, quae quidem.* Des. *hac igitur scientia uocis faciat nos semper esse illuminatos Dominus Iesus Christus, qui est benedictus etc.* 47 (f. 307). De eodem. Inc. « Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus... » *Proposita auctoritas quae scripta est ad Cor. XII capitulo quantum ad praesens spectat potest tripliciter exponi.* Des. *et rectores populum eis commissum regentes etc.* 48 (f. 316). In Dominica de Trinitate. Inc. « Deus caritas est. » *Proposita auctoritas quae scripta est in canonica Ioannis IIII capitulo poterit dupliciter exponi.* Des. *et participem faciendo, cuius gloriae participes nos faciat Christus qui est benedictus in saecula, amen.* 49 (f. 326ᵛ). In I Dominica post Pentecosten. Inc. « Estote misericordes sicut et pater... » *Proposita uerba scripta sunt in Euangelio hodierno quod ponitur Lucae VI.* Des. *de commissis ab ipso non iudicium sed misericordiam consequemur, amen.* 50 (f. 331ᵛ). In II Dominica post Pentecosten. Inc. « Homo quidam fecit cenam... » *Propositam auctoritatem scriptam in Euangelio hodierno quod ponitur Luc. XIIII.* Des. *de numero ergo talium uocatorum faciat nos esse Christus qui est benedictus etc.* 51 (f. 336ᵛ). In III Dominica post Pentecosten. Inc. « Humiliamini sub potenti manu Dei... » *Proposita auctoritas scripta prima Petri VI, quantum ad praesens tripliciter potest exponi.* Des. *istius sapientiae, quae Dei Filius est, participes nos faciat ipse Deus, qui est benedictus in secula, amen.* 52 (f. 344ᵛ). In IV Dominica post Pentecosten. Inc. « Praeceptor per totam noctem laborantes... » *Verba proposita quae scripta sunt in Euangelio hodierno, quod ponitur Luc. V, possumus.* Des. *cuius uerbi efficacia fortificet nos semper Dominus Iesus, qui cum Patre etc.* 53 (f. 349). In V Dominica post Pentecosten. Inc. « Diverte a malo et fac bonum... ». *Verba proposita quae scripta sunt prima Petri III possunt esse dicta.* Des. *et coniunguntur, cuius pacis et unitatis, iustitiae et equitatis participes nos faciat Christus qui est benedictus etc.* 54 (f. 353ᵛ). In VI Dominica post Pentecosten. Inc. « Quomodo Christus resurrexit a mortuis... » *Proposita auctoritas, charissimi, sumpta est de epistola hodierna.* Des. *et per vitae aeternae adeptionem, cuius uitę participes nos faciat Christus etc.* 55 (f. 357ᵛ). In VII Dominica post Pentecosten. Inc. « Attendite a falsis prophetis... » *Verba proposita, charissimi, sumpta de Euangelio hodierno, quod ponitur.* Des. *hos igitur fructus faciat nos uitare Christus, qui est benedictus in secula, amen.* 56 (f. 363). In VIII Dominica post Pentecosten. Inc. « Redde rationem villicationis... » *Proposita auctoritas, charissimi, sumpta est de Euangelio quod ponitur Lucae XVI, potest esse dicta primo.* Des. *sanitas sine languore, cuius laetitiae participes nos*

12 (f. 827). Officium inventionis s. Crucis: *In uigilia ad vesperas de mense maij Helena cum reliquis de laudibus - surrexit die tertia alleluja.*

13 (f. 828ᵛ). Officium in festo visitationis b. Mariae v. Ad vesp. ant.: *Accedunt laudes uirginis.* Des. cum lectione Dominicae infra octavam: *Benedicta tu inter mulieres.*

14 (f. 833). Officium exaltationis s. Crucis: *Ad vesperas, ant.: O magnum pietatis opus* - ant. ad magnificat: *O crux benedicta... et Dominum alleluia: oratio ut supra.*

15 (f. 835). Commune sanctorum. In natalitiis apost. ad vesperas: Capitulum: *Iam non estis hospites* cum officio in dedicatione eccl., b. Mariae v. ac defunctorum. - *Nullo alio tempore dicitur in laudibus defunctorum.*

16 (f. 853). Ordo ad communicadum et ungendum infirmum cum rubricis. Inc. *In primis pulsetur campana capituli - postea stuppa proiciatur in igne... coram infirmo crux.*

17 (f. 854). Ordo commendationis animae et sepeliendi: *Primo dicantur litanie,* desinit cum officio pro secularibus defunctis: *Tibi Domine commendamus animam etc.*

18 (f. 857). Absolutio generalis concessa a papa Gregorio XI in articulo mortis fienda per sacerdotem a pena et a culpa: *Dominus noster Yhesus Christus - in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.*

19 (f. 857ᵛ). Ordo ad faciendam aquam benedictam: *Dominica prima Aduentus et in omnibus Dominicis;* sequitur ordo ad benedicendam mensam, des. *benedictio consueta, s⟨c.⟩ oculi omnium.*

20 (f. 859). Aliqua notabilia circa aliquos casus *presbyteri* celebrantis missam; sequuntur praecepta e Ricardo, s. Thoma de Aquino: *Ricardus de undecima. Si sacerdos ante consecrationem - Communio danda est illis qui in patibulis suspenduntur et eorum sunt corpora tumulanda XIII. q., ult. quesitum.*

F. 1. Index ordine alphabetico, manu saec. XIV, in nonnullas sententias Bibliorum: *Quod afflictio letificat sanctos. Exod. 15. m. - Quod via Dei est aspera in principio et suauis in fine. Job. 6. g.*

F. 3. Manu saec. XV: Forma absolutionis generalis indulgentiae, eadem quae in f. 857.

F. 4. Sententiae e s. Augustino: *Augustinus in libro de moribus ecclesie: Prudentia est amor - Multi per hec tria et in solitudine sine codicibus uiuunt.*

F. 6. Manu saec. XV in., Tabula mensium et ratio paschae ab an. 1420.

F. 7. Kalendarium, index astronomicus, calendares gradus et dies Aegirae.

F. 13. Tabulae calendares.

F. 647ᵛ. Duodecim damna ornatus mulierum. Duodecim fructus crucis. Duodecim causae doloris Christi: *Ornatus mulierum nocet uiro - cor meum meretur.*

F. 648ᵛ. Quinque versus de causis et distinctionibus Decreti: *Corrige peccatum - appretians es.*

Ibid. S. Bernardi excerpta ex epist. ad fratres de monte Dei. Quid sit magna voluntas ad Deum. Inc. *Magna enim uoluntas ad Deum amor est dilectio - similitudo scilicet Dei.*

F. 649. ⟨Cantio, italice *Laude*⟩: ⟨N⟩*uouo tempo dardore / chi tanto e prophetato* usque ad stropham 15 *a le nozze chiamato / del'angelico amore* (tribuitur b. Iacopono in ed. *Le poesie spirituali del... accresciute di molti altri suoi cantici...* Venetia, 1611, p. 606-609).

F. 649ᵛ. Bulla Eugenii IV de corpore Christi (Bullar. rom. Romae 1743, tom. III, pars III, p. 9-10).

F. 650[v]. Hymni tres de s. Placido messanensi: [1] (ibid.) *Casinensis gloria perpes* (Chevalier, l. cit., 2653; [2] (ibid.) *Qui Cassinum excolitis* (l. cit., 16376); [3] (ibid.) *Captus ab infidelibus* (l. cit., 2624).

F. 860. Nonnulla ex s. Augustino, Hieronymo, Gregorio: *Augustinus super Ioannem omil. 31: Quid iam enim - et auaritiam esse fornicationem.*

F. 861[v]. *De monacis sci* Benedicti ⟨in dignitatibus constitutis⟩. Inc. *Isti sunt praelati de ordine et de regula s̄ci Benedicti, quos papa Iohannes XXII extrahi fecit de Archiuio romanorum - et Urbanus quintus de ordine nigrorum.*

F. 862. Alia excerpta ex ss. Hier. August. Bernardo. Inc. *Ieronymus in regula quam fecit ad Eustochium - Ratio quando ad perspicuam veritatem pervenerit, ei nullo* (!) *humana auctoritas proponitur.*

Ibid. Remedia: *Pro infirmis ad visum et paralisim. Accipe unam libram purioris... mercorela* - sequuntur: *medecina pro combustione ignis: ad temperandum gladios - quantum uis.*

F. 863. Duo alia remedia.

Codex binis columnis ac duabus manibus scriptus est. Prima antiquior saec. XIV ex. folia 15-622, reliqua altera manus saec. XV. In f. 4 subscriptio possessoris: *Ista biblia cum iuncta breuiarij est ad usum fratris Beltrami de Currentibus abbatis s̄ci Iohannis parmensis in uita sua. Proprietas uero est Monasterij s̄ci Ieronimi de Ceruaria, ord. s. Benedicti, diocesis Ianuensis. Unde post uitam ipsius mittatur ad monasterium predictum. Ego frater Beltramus supra scriptus propria manu scripsi.* In f. 14[v]: *Ista biblia et breviarium postremo conligatum est monacorum congregacionis s. Iustine de Padua deputata monasterio s. Ieronimi de Ceruaria diocesis Ianuensis prope portum delfyni numero 207.* In f. 5 pictura unicolori *YHS* cum litt. *I. N. R. I.* Litterae initiales historiatae arte gallica. 1. In f. 15, *F*, s. Hier. scribens in libro super lectorio. 2. In f. 18[v] ornatus inter duas columnas cum septem picturis, quae septem dies creationis repraesentant, infra crucifixus cum Maria v. et s. Ioanne. 3. In f. 130, initialis *F*, vir genuflexus (Saul?), prope eum vir districto gladio (amalecita), ante hos vir (Samson?) aliquid (portas Gazae) humero sinistro asportans. 4. In f. 188, initialis *A*, quinque israelitae sedentes. 5. In f. 261[v], initialis *B*, David arpam tinniens. 6. In f. 286[v], initialis *P*, Salomon sedens et sinistra sceptrum sustinens alloquitur clericum seminudum in libro aperto legentem. 7. In f. 326, initialis *V*, duo carnifices serra caput Isaiae genuflexi secant. 8. In f. 461[v], initialis *L*, Generatio compendiaria Iesu Christi per tres imagines expressa; vel potius Iesus Christus, Maria Virgo, sedentes, Ioseph dormiens. 9. In f. 513, initialis *P*, S. Paulus apost. cum ense et scuto. Reliquae initiales maximae variis coloribus et interdum capitibus bestiarum ornatae, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae lineis protractis decoratae sunt. Folii 35 margines alia manu et arte decorati sunt. In f. 864 subscriptio: *presentate sunt bule pensionis per Iacobum de catabiano die VIIII Ianuarii 1451.* Ff. I-II, 3[a], 4[v], 622[v], sed olim in eo nonnulla nunc erasa erant scripta, 861[r], 863[r], 864[v]-867 vacua sunt. Descripsit codicem Ehrensberger, Libri liturgici Bibliothecae vaticanae, Friburgi Brisgoviae 1897, p. 209 sqq.

Tegumenti opercula corio rubro contecta sunt saec. XVIII, in dorso stellae auro impressae.

598 (olim. 49, cf. f. III), saec. XV, membran., mm. 91×65, ff. III. 402, (+ 12a, 64a, b, 265a, 304a, 386a, b).

Diurnale camaldulense monasterii s. Mariae de angelis Florentiae:

1 (f. 13). Proprium de tempore per annum: sabato praecedente Dominicam de Adventu capitulum: *Ecce dies ueniunt*, Des. cum antiphonis dicendis a kalendis novembris usque ad adventum, vv. *exaudi nos Domine in gemitibus nostris;* praeit (f. 1-12) Kalendarium, index astron. et calend., numeri lectionum. *Ianuarius habet dies - Silvestri pape et confessoris, lectiones XII.* **2** (f. 123). Psalterium secundum ord. camaldulensem: *Beatus uir - omnis spiritus laudet Dominum.* **3** (f. 243). Cantica Isaiae, Ezechiae, Annae, Moysis, Habacuc, Moysis, trium puerorum, Zachariae, s. Mariae virginis, Simeonis, hymnus ss. Ambrosii et Augustini, laus angelorum, oratio dominica, symbola apostolorum, symbolum ss. patrum, fides catholica s. Athanasii ep., litaniae sanctorum cum orationibus; inter sanctos, *Apollinaris, Vitalis, Georgi, Donate, Ilarione, Uiriane, Laurentine et Pergentine, Minias, Fridiane, inter sanctas Scolastica, Petronilla, Reparata, Brigida, Flora, Lucilla.* **4**. Cantica dominicalia. [1] (f. 261v). *Domine miserere nostri,* [2] (f. 262) *Audite qui longe estis,* [3] (f. 262v) *Miserere Domine plebi tue,* [4] (f. 263) canticum apostolorum, martyrum et confessorum: *Omnes sancti Domini,* [5] (f. 264) canticum virginum: *Audite me diuini fructus - et donec ponet Ierusalem laudem in terra. Gloria patri....* **5**. Hymnarius a kalendis octobris usque ad Adventum et ab octava Epiphaniae usque ad Dominicam passionis de sanctis et de communi. [1] (f. 266) *Primo dierum omnium* (Chevalier, Repert. hymnol., Louvain 1897, n. 15450), [2] (f. 266v) *Eterne rerum conditor* (l. cit., 447), [3] (f. 267) *Iam lucis orto sidere* (l. cit., 9272), [4] (f. 267v) *Nunc sancte nobis spiritus* (l. cit., 12586), [5] (ibid.) *Rector potens* (l. cit., 17061), [6] (ibid.) *Rerum Deus tenax* (l. cit., 17328), [7] (f. 268) *Lucis creator optime* (l. cit., 10691), [8] (ibid.) *Te lucis ante terminum* (l. cit., 20138), [9] (f. 268v) *Consors paterni luminis* (l. cit., 3830), [10] (ibid.) *Splendor paterne glorie* (l. cit., 19349), [11] (f. 269) *Conditor alme siderum* (l. cit., 3734), [12] (f. 269v) *Verbum supernum prodiens* (l. cit., 21391), [13] (f. 270) *Vox clara ecce intonat* (l. cit., 22199), [14] (ibid.) *Veni redemptor gentium* (l. cit., 21234), [15] (f. 270v) *Christe redemptor omnium* (l. cit., 2960), [16] (f. 271) *A solis ortus cardines* (!) / *ad usque* (l. cit., 26), [17] (f. 271v) *Hostis Herodes impie* (l. cit., 8073), [18] (f. 272) *O lux beata Trinitas* (l. cit., 13150), [19] (ibid.) *Aures ad nostras deitatis* (l. cit., 1612), [20] (f. 272v) *Audi benigne conditor* (l. cit., 1449), [21] (f. 273) *Iam Christe sol iustitie* (l. cit., 9205), [22] (f. 273v) *Christe qui lux* (l. cit., 2934), [23] (f. 274) *Vexilla regis prodeunt* (l. cit., 21481), [24] (ibid.) *Pange lingua gloriosi / prelium*

certaminis (l. cit., 14481), [25] (f. 274v) *Lustris sex qui iam peractis* (l. cit., 10765), [26] (f. 275v) *Dei fide qua uiuimus* (l. cit., 4323), [27] (ibid.) *Qua Christus hora sitiit* (l. cit., 15840), [28] (ibid.) *Ternis ter horis* (l. cit., 20356), [29] (f. 276) *Ad cenam agni prouidi* (l. cit., 110), [30] (f. 276v) *Rex eterne glorie / rerum... qui eras* (l. cit., 17393), [31] (f. 277) *Aurora lucis rutilat* (l. cit., 1644), [32] (f. 277v) *Hymnum canamus glorie* (l. cit., 8235), [33] (f. 278) *Ihesu nostra redemptio* (l. cit., 9582), [34] (f. 278v) *Eterne rex altissime* (l. cit., 654), [35] (ibid.) *Iam Christus astra ascenderat* (l. cit., 9215), [36] (f. 279v) *Veni creator Spiritus* (l. cit., 21204), [37] (ibid.) *Beata nobis gaudia* (l. cit., 2339), [38] (f. 280) in festo ss. Iusti et Clementis: *O confessores lucidi / Iustus et Clemens incliti* (l. cit., 30324), [39] (f. 280v) in laudibus: *Audite nam consilium* (i. e. stropha 7-10 hymn. cit.), [40] (f. 281) *O pater sancte mitis* (l. cit., 13376), [41] (ibid.) *O veneranda Trinitas* (l. cit., 13863), [42] (f. 281v) *Pange lingua gloriosi / corporis* (l. cit., 14467), [43] (f. 282) *Sacris solempniis iuncta sint gaudia* (l. cit., 17713), [44] (f. 282v) *Verbum supernum prodiens / nec patris linquens* (l. cit., 21398), [45] (ibid.) *Nocte surgentes uigilemus* (l. cit., 12035), [46] (f. 283) *Ecce iam noctis* (l. cit., 5129), [47] (ibid.) *Ave maris stella* (l. cit., 1889), [48] (f. 283v) *Quem terra pontus ethera* (l. cit., 16347), [49] (ibid.) *O gloriosa domina* (l. cit., 13042), [50] (f. 284) *Christe, sanctorum decus atque uirtus* (l. cit., 3007), [51] (f. 284v) *Signifer inucitissime* (l. cit., 18984), [52] (f. 285) *Aurora surgit aurea* (l. cit., 1664), [53] (ibid.) *Tibi Christe splendor patris* (l. cit., 20455), [54] (f. 285v) *Christe, sanctorum decus angelorum* (l. cit., 3000), [55] (f. 286) *Sacratum diem annuum* (l. cit., 17688), [56] (f. 287) *Ordinis auctor Romualde* (l. cit., 31362), [57] (ibid.) *Te Romualde canimus* (l. cit., 33930), [58] (f. 287v) *Ut queant laxis* (l. cit., 21039), [59] (f. 288) *Ceteri tantum cecinere uatum* (l. cit., 2537), [60] (f. 288v) *Felix Maria, uenie / spes, forma penitentie* (l. cit., 6040), [61] (f. 289) *Magdalene praeconium / turba colat fidelium* (l. cit., 10911), [62] (f. 289v) *Christe redemptor omnium* (l. cit., 2959), [63] (f. 290) *Ihesu saluator seculi / redemptis ope subueni / et pia Dei* (l. cit., 9678), [64] (f. 290v) *Rex Christe Martini decus / hic laus* (l. cit., 17411), [65] (ibid.) *Martine par apostolis* (l. cit., 11196), [66] (f. 291) *Cassinensis gloria, perpes* (l. cit., 2653), [67] (ibid.) *Qui Cassinum excolitis* (l. cit., 16376), [68] (f. 291v) *Captus ab infidelibus* (l. cit., 2624), [69] (f. 292) *Exultet celum laudibus* (l. cit., 5832), [70] (f. 292v) *Eterna Christi munera / apostolorum gloriam* (l. cit., 590), [71] (ibid.) *Rex gloriose martyrum* (l. cit., 17453), [72] (f. 293) *Eterna Christi munera / et martyrum uictorias* (l. cit., 598), [73] (f. 293v) *Deus tuorum militum* (l. cit., 4534), [74] (ibid.) *Martir Dei qui unicum* (l. cit., 11228), [75] (ibid.) *Iste confessor* (l. cit., 9136), [76] (f. 294) *Ihesu corona celsior* (l. cit., 9494), [77] (f. 294v) *Ihesu corona uirginum* (l. cit., 9507), [78] (f. 295) *Uirginis proles* (l. cit., 21703), [79] (ibid.) *Urbs beata Ierusalem* (l. cit., 20918),

[80] (f. 295v) *Angularis fundamentum / lapis* (l. cit., 1082). 6 (f. 296). Officium mortuorum. In vigilia, antiph.: *Dirige Domine Deus* des. cum antiph. in sabbato: *Benigne fac in bona uoluntate tua Domine.* 7 (f. 302v). Collectae sanctorum: Antiph. *Salvator mundi salua nos - presenti gaudere prosperitate et eterna. Per Dominum nostrum...* 8 (f. 305). Proprium sanctorum; in vigilia s. Andreae, ad vesperas capitulum: *Corde enim creditur ad iustitiam* des. cum oratione de ss. *Saturnino, Grisanto et Daria*: *Beatorum martirum tuorum Domine... pio iugitur experiamur auxilio per Dominum nostrum...* 9 (f. 387). Comune sanctorum. In natali plurimorum apostolorum, capitulum: *Iam non estis hospites.* Des. cum antiphona de virginibus: *Prudentes uirgines... exite obuiam ei.*

Codex eleganti manu scriptus Florentiae, ut videtur, initiales maiores praefert tum caeruleas, tum rubras, initiales maximas auro, coloribus, capitibus prophetarum, interdum etiam sanctorum, non satis perita manu italica ornatas. Folii 13 margines venuste ornati floribus, auro, parva imagine archangeli Michaelis de dracone triumphantis. In prima initiali *E* eiusdem folii prophetae (Ieremiae?) dimidia imago; in f. 35, initiali *P*, imago Iesu infantis in collis cacumine sedentis et crucem sinistra gestantis; in f. 44, initiali *A*, imago clypeata Iesu redemptoris; in f. 48v, initiali *S*, imago (Isaiae?) prophetae; in f. 88, initiali *S*, Iesu Christi resurgentis dimidia imago; in f. 109, initiali *D*, calix cum superelevata hostia; in f. 123, initiali *B*, imago clypeata regis David organum gestantis; margines huius folii ornati sunt floribus auroque et in parte inferiore corona laurea cum stemmate ordinis camaldulensis; in f. 305, initiali *C*, imago clypeata s. Andreae apost.; in f. 355, initiali *I*, imago clypeata b. Mariae v.; in f. 387, initiali *I*, s. Pauli apost. ensem dextera stringentis clypeata imago. In f. IIv subscriptio: *Ad usum dñi Romualdi Vsati veronensis monaci camaldulensis.* Infra alia manu: *Idem domnus Romualdus dono dedit Bibliothecae serenissimi Urbini* ⟨ducis⟩ *suae religionis ergo.* Ff. I. IIv. III, 12a, 64ab, 265a, 304a, 386ab, 399v-402 vacua.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX pont. max.

599. Saec. XV, membran., mm. 138×98.

Breviarium camaldulense florentinum duobus voluminibus comprehensum.

Pars I. Ff. IX. CCCX.

1 (f. I). Proprium de tempore ab Adventu usque ad dom. XIV post octavam Pentecostes. Capit. ad vesperas: *Ecce dies ueniunt...* des. *oremus: Mentibus nostris quesumus Domine Spiritum sanctum benignus infunde... et prouidentia gubernamur per Dominum nostrum...;* adduntur [1] (f. 147v) officium ss. Trinitatis: *Gloria tibi Trinitas* des. in rubrica: *ad uesperum nihil fiat de Trinitate;* [2] (f. 151) officium corporis Christi: *Sacerdos in eternum* des. in rubrica: *ordines autem officiorum dominicalium et ferialium require in Dominica post octavam*

Epiphanie; praeeunt [a] (f. I^{v}-II) in pergamena typis impressa donationis epistola domini: *Silvano Razzi camaldolese al serenissimo Francesco Maria* ⟨II⟩ *Feltrio della Rovere,* quae inc. *Nella piccola antica libreria del monastero de gl'Angeli di Fiorenza* ac des. *Di Firenza il dì di s. Giovanni Batista 1591;* [b] (f. III) Kalendarium, index astronomicus et numeri lectionum nocturnarum: *Ianuarius habet dies - Sancti Siluestri episcopi et confessoris. XII lectio.* 2 (f. 157^{v}). Scriptura currens a Dom. I post octavam Pentecostes usque ad finem anni, incipiens a libris regum: *Fuit uir unus* ac desinens ad Malachiae verba *et ego destruam.* 3 (f. 174^{v}). Orationes dominicales cum homiliis: *Deus in te sperantium* - ad vesperas antiph. *At Yhesus reuersus... fides tua te saluam fecit.* 4 (f. 201). Psalterium camaldulense seu gallicanum feriatum cum antiphonis, numeris, divisionibus psalmorum, feriis et nocturnis. Feria II ad primam antiphonam: *Seruite...* psalmus: *Beatur uir* - psalmus 150: *omnis spiritus laudet Dominum;* subnectuntur (f. 274^{v}) cantica (Isaiae), Ezechiae, Annae, Moisi, Habacuc, Moisi, puerorum, Zachariae, s. Mariae virginis, Symeonis, hymnus ss. Ambrosii et Augustini, fides catholica Athanasii, Letaniae maiores cum orationibus et cantica dominicalia: *Domine miserere nostri; Audite qui longe estis; Miserere Domine plebi; Vos sancti Domini uocabimini; Reddidit Dominus mercedem laborum; Audite me diuini fructus; Gaudens gaudebo in Domino; Non uocaberis ulterius derelicta.* 5 (f. 285^{v}). Hymnarius a kal. octobris usque ad Adventum et ab octava Epiphaniae ad Dominicam passionis. Omnia omnino ut in codice superiore, nisi quod hymni s. Placidi messanensis non eodem ordine transcripti sunt. 6 (f. 303). Officium mortuorum: *Regem cui omnia uiuunt* des. post orationem: *Fidelium Deus* cum responsorio: *Requiescant in pace.* R. *Amen.* 7 (f. 307). Benedictiones lectionum, tam dominicales quam feriales et de sanctis. I: *Benedictione perpetua benedicat nos pater eternus* - Ultima: *Eucharistie sacramento liberemur ab omni culpe tormento.*

F. 199. Index psalmorum et canticorum per annum.

F. 200. Tabula perfecta ad inveniendum pascha. - Post tabulam rubrica: *Si quis pascha resurrectionis per hanc tabulam inuenire - et sic de aliis.*

F. 310. Lectio brevis in s. Romualdi festo: *Benedictio Domini super caput iusti - gloriam suam. Tu autem...*

Codex duabus columnis scriptus, littera gothica rotunda, titulos praefert rubros, initiales tum caeruleas tum rubras tum auro et coloribus, initiales maximas pictis historiis ornatas. In f. IX^{v}, in media corona laurea sphaera radians cum litteris *yhs;* infra coronam: *Monachorum / Angelorum / Florentie,* litteris aureis. Folii 1 margines floribus, fructibus, bestiis, puerulis, angelis decorati sunt, in parte inferiore circulus cum monogrammate: *S. Maria.* In prima initiali *E,* Saulus sex militibus adstantibus supinus radiis Christi e caelo apparentis tactus. Folii 30 margines eodem modo ornati sunt, quo in

f. 1: in circulo inferiore ab annulo efformato s. Romualdi clypeata imago: hinc inde annuli taeniae cum inscriptione: *Perseve-Rantia.* Ibid. ante officium natalis Domini tabella, in qua Maria virgo et s. Ioseph adorant Iesum infantem humi super strato depositum, sinistrorsum praesepe cum bove et asino. In f. 30^v, initiali *P*, Iesus Christus stans mundum sinistra, dextera crucem ferens. Folii 123 margines auro, candelabris, lapidibus pretiosis cornucopiis, convolvulis, duobus prophetarum seu sanctorum capitibus egregie decorati sunt; in parte inferiore tabella, in qua resurrectio Iesu Christi e sepulchro. In prima initiali eiusdem folii Iesu Christi clypeata imago, vulneratas manus monstrantis. In f. 141, initiali *D*, columba radians e caelo descendens (Spiritus s.). Folii 201 margines ornati sunt uti in f. 1; in circulo inferiore vir (propheta David?) ex aqua exiens expansis manibus ad caelum sublevata facie orat. Ante psalterium (ibid.) Iudith iuvenili aetate et habitu Olophernis loricatum dorsum calcans sinistra caput truncatum elevat, dextera ensem stringit; in umbra campi et castrorum tabernacula. In initiali *B* eiusdem folii Davidis regis clypeata imago organum pulsantis. Folia I^r, II^v, IX^r, 192-198, 200^v, 310^v vacua sunt.

Pars II. F. 311-510.

1 (f. 311). Festivitates sanctorum. In natali s. Andreae capitulum ad vesperas: *Corde enim creditur* - des. cum lect. III officii ss. Saturnini, Grisanti et Dariae. - *Dignus est enim operarius mercede sua.* **2** (f. 481). Comune sanctorum, in natali plurimorum apostolorum; ad vesperas capitulum: *Iam non estis hospites*, post officium commune adduntur officia sanctorum tempore paschali nec non ss. Marci ev., Philippi et Iacobi, Iusti et Clementis, Zenobii ep., Barnabae apost., quando venerint in tempore paschali. Desinunt cum responsorio XII: *Ut in ore Gloria; in ore Alleluja;* subnectitur: *Domine labia mea aperies* et initium tantum primi nocturni officii s. Mariae v. usque ad psalmum: *Caeli enarrant.*

Codex eadem manu, qua pars superior, scriptus est. Folii 311 margines ornati ut in f. 1, in parte inferiore circulus cum insigni gentilicio camaldulensis ordinis; ante officium tabella egregie picta, in qua s. monachus (s. Benedictus) adstantibus aliis monachis, benedicit poculo a monacho oblato; in prima initiali *C* s. Andreae apost. cum libro et cruce imago clypeata. Folii 354 margines eodem modo ornati, quo in f. 1, in parte inferiore habent sphaeram radiantem cum siglis *YHS;* in prima initiali *O* eiusdem folii s. Benedicti clypeata imago cum fasciculo virgarum in dextera et libro in sinistra; infra litteram tabella in duas partes divisa, in dextera s. Benedictus sedens, adstantibus aliis monachis, s. monacho genuflexo (s. Mauro) benedicit aliquid imperans; in sinistra monachus (s. Maurus) monachum (s. Placidum) in lacum delapsum manibus apprehensum extrahit. Folii 357 margines frondibus, floribus, globulis aureis ornati habent in circulo inferiore s. Benedicti, virgarum manipulum humero dextero portantis, imaginem clypeatam; ante officium tabella cum Annuntiatione b. Mariae v. florentinorum more. Folii 447 margines candelabris, florum sertis, lapidibus pretiosis, quatuor prophetarum clypeatis imaginibus decorati in circulo inferiore habent imaginem clypeatam s. Hier. pileo cardinalium et purpura induti; ibid. ante officium tabella cum s. Hier. imagine, seminudi ac genibus flexis ante crucifixum saxo sibi pectus tundentis. Ff. 509, 510 vacua

sunt. Descripsit hunc cod. Ehrensberger, Libri liturgici Biblioth. apost. vat., Friburgi Brisgoviae 1897, p. 220 sq,

In tegumentorum dorsis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xaverii de Zelada card. bibliothecarii.

600. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 129 × 97, ff. 306.

Azor Ioannis soc. Iesu expositio in capp. I-IV evang. s. Lucae; **Lorini Ioan.** soc. I. in acta apostolorum; **Mazzarelli Io. Ant.** soc. I. quaestiones in libros III et IV Aristotelis ethicorum.

1 (f. 8). Azor ⟨Ioannis lorcensis soc. Iesu⟩ expositio in capita I-IV evangelii s. Lucae. Inc. *Antequam Euangelium Lucae explicem quaedam de s. Luca dicam. Primum cuiusnam fuerit. Fuit natione Syrus.* Commentarius abrumpitur praefatione in caput IV Lucae: *Lucas uero eo ordine quo Spiritus S. in memoriam ei ingessit.* Verba expendenda graece praeponuntur (nullam mentionem facit huius operis Sommervogel in sua bibliotheca soc. Iesu).

2 (f. 134). Lorini ⟨Ioannis soc. Iesu⟩ in acta apostolorum commentarii. *Cap. I, de inscriptione libri,* inc. *Acta sive potius actus, ut magis placuit Budaeo, comprehendit eadem quae dicuntur.* Comment. abrumpitur cap. IV, v. 4: *Quinque millia Graeci cum Syris et erant* (?) *quasi quinque millia quae cap. 2..., ex suburbanis locis quoque haec propositio* (contuli cum ed. Lugduni 1605, cui non convenit, est fortasse primum tentamen operis).

3. Mazzarelli ⟨Io. Antonii soc. Iesu⟩ expositiones et quaestiones in Aristotelis libros III et IV ethicorum; (f. 199) de fortitudine, seu explanatio cap. 6, lib. 3. inc. *Hactenus de virtute morali in uniuersum, nunc philosophus de partibus eiusdem uirtutis singillatim disputare aggreditur* des. *Videte de hoc Plut. in Pelop. init. Haec de fortitudine dicta sint satis;* (f. 234) de temperantia inc. *Cur absoluta disputatione de fortitudine philosophus statim de temperantia disserat causa illa fuit, quam ipsemet Aristoteles indicat initio cap. 10* des. *neque uoluptas haec* (sc. ebrietas) *accidit sine magna corporis alteratione, quae impedit rationem;* (f. 278) in quartum librum ethicorum, 3ª disputatio de liberalitate, explanatio cap. I. inc. *De liberalitate disputare aggreditur siue quod haec uirtus est maxime grata hominibus, siue quod uersatur in pecuniis* des. *ab amicis quibus liberalitas donandum eis praecipit;* praeit (ibid.) prologus: *Hoc libro 4 continetur explicatio - sint habitus;* (f. 296) ⟨de magnificentia⟩ inc. *Disputationem de liberalitate sequitur magnificentia quia utraque versatur in pecuniis, differt tamen altera ab altera* des. *quae intemperantia maxime probrosa esse plura uidete apud Mirand. lib. 9 Singulorum certaminum. Sec. 8. S. Thom. 2, 2ae, q. 31* (etiam de hac opella silet Sommervogel in biblioth. cit.).

Codex littera currenti scriptus nulla ornamenta praefert. Ff. 1v-7v, 130v-133v, 195v, 197, 198, 232v-233, 301-306v vacua sunt. In f. 1r parvus index trium operum, quorum singula propriis foliorum numeris olim distinguebantur.

Simplici membrana contectus est saec. XVII.

601. Saec. XV-XVI, membran., mm. 140 × 104, ff. II. 17.

Breviarii officium proprium urbinas s. Crescentini martyris. Ad vesperas antiphona inc. *Inter Christicolas cum reliquis de laudibus...* Capitulum: *Beatus uir qui in bonitate et alacritate.* Hymnus: *Criscentini milicia* (Dreves, Analect. hymn., 43, p. 114); oremus: *Suppliciter te quesumus;* ad laudes invitatorium: *Adoremus Dominum qui beatum Crescentinum corona glorie induit;* prima lectio: *Hodiernus dies, fratres reverendissimi, beati Crescentini martyris solemnitate illustratus;* lectio IX: *Quanti ceci illuminati;* hymnus ad laudes: *Pangamus nunc reuerendissimi* (Dreves, l. cit.); in secundis vesperis: *ad Magnificat;* antiphona: *Hodie pretiosissima celestium gemma - feliciter est aggregatus* (duo breviarii officia huius martyris edita sunt testibus bollandianis, Acta ss., Antuerpiae 1695, Iunii 1, p. 58, C; utra an neutra conveniant cum codicc certus esse non potui; codicem descripsit Ehrensberger, Libri liturgici biblioth. vat., Friburgi-Brisgoviae 1897, p. 300).

Codex littera gothica transcriptus litteras initiales maiores et rubricas praefert rubras, duas priores tamen auro, caeruleo colore et rubro decoratas. Ff. I-II, 11-17 vacua sunt. Hic codex per aliquot annos in bibliotheca vaticana deesse creditus est, at probabilius non defuisse, sed nescio quanam de causa a n. 601 ad n. 1750 codd. urbin. translatus esse mihi videtur, quo posteriore numero nunc signatur. Binos enim codices iisdem foliorum numeris, eisdem initiis ac finibus, uti ex vetere inventario constat, non duos sed unum et eundem codicem efformasse putandum est.

Simplici membrana contectus est saec. XVI.

602. Saec. XII et XIII, membran., mm. 160 × 90, ff. 108.

Troparium cassinense.

1 ⟨Tropi ad gradualia⟩. [1] (f. 1). *Dominice de adventu Domini trophi: Sanctissimus papa Gregorius* ⟨cum preces ef⟩*funderet ad Dominum - Ad te.* [2] (f. 1v). ⟨Alteri tropi de adventu⟩: *Ecce dies ueniunt - et spiritu misisti sancto. Festina.* [3] (f. 5v). ⟨De adventu⟩: *Nascetur nobis paruulum* (!) *et uocabitur - ad celestia regna peruenire alleluia alleluia.* [4] (f. 9v). ⟨De b. v. Maria⟩: *Ave maris stella* (Dreves, Analecta hymn. etc. Leipzig, 1895, 20, p. 142 e nostro codice), sequitur adprecatio: *In templo tuo Dei genitrix - mereamur adipisci gaudia.* [5] (f. 11v). ⟨In die cinerum tropi⟩: *Conuertimini omnes simul ad Deum - et dices ad eos. Quadragesima.* [6] (f. 18v). ⟨In dominica palmarum⟩: *Mistica sunt hec omnia - ab*

hebreorum pueris eidem ob⟨v⟩iatur. [7] (f. 20). ⟨In parasceve⟩: *Triumphalis glorie diem - crucis in memoriam.* [8] (f. 22v). ⟨In sabato sancto⟩: *Sicut ceruus desiderat - ubi est Deus tuus.* 2. Tropi ad Kyrie eleison. [1] (l. 23v). In nativitate s. Benedicti et festo omnium sanctorum: *Cunctipotens genitor Deus - Spiritus alme eleyson.* [2] (f. 25). In sanctum Pascha « Kyrie eleyson »: *Auctor cęlorum Deus ęternę* (!) *qui polum formasti - Qui trinus regnans Deus et unus. Amen.* [3] (f. 26). In nativitate s. Petri et feria III in albis Paschae. « Kyrie eleyson »: *Clemens rector ęterne pater - Iesu bone te precamur omnes assidue eleyson.* [4] (f. 27v). In ascensione Domini et assumptione s. Mariae. « Kyrie eleyson »: *Kyrie per quem subsistit omnis creatura - ut gaudere te cum tua sede mereamur eleyson.* [5] (f. 29v). In dedicatione ecclesiae. « Kyrie eleyson »: *Cantemus cuncti laudes - canamus omnes uoce tonanti. Amen.* [6] (f. 31). In annuntiatione s. Mariae. « Kyrie eleyson »: *Orbis factor rex ęternę - Iesu bone ut uiuamus in te eleyson.* [7] (f. 32). *Kyrie eleyson. Christe eleyson etc.* (sine tropis). 3. Tropi ad gloria in excelsis Deo. [1] (f. 34). In nativitate Domini in nocte. « Gloria... Deo »: *Quem ciues celestes sanctum clamantes - Dominus atque unus Deus per secula sempiterna.* [2] (f. 36v). In nativitate Domini ⟨in die⟩. « Gloria... voluntatis »: *Laus tua Deus resonet coram te rex - Uocibus angelorum adiunge cum sancto Spiritu...* [3] (f. 39v). In ⟨festis⟩ s. Stephani, Purificationis, s. Ioannis Baptistae et Asssumptionis s. Mariae. « Gloria... voluntatis »: *Quem patrem ęterni collaudarunt omnia uerbi - preces cęlo describe Redemptor. Cum sancto...* [4] (f. 42). ⟨In⟩ festivitate Pentecostes ⟨et⟩ nativitate s. Ioannis evang. « Gloria... Deo »: *Cetus in arce poli reboat - rex cuncta creata per orbem. Cum sancto...* [5] (f. 44v). ⟨In⟩ feria III in albis Paschae, nativitate s. Mariae, dedicatione ecclesiae. « Gloria... voluntatis »: *Aureas arces super astra structas - lux salusque uita perhennis. Cum sancto...* [6] (f. 47). ⟨In⟩ festivitate s. Benedicti et s. Petri. « Gloria... voluntatis »: *Laudat in excelsis cęlum terramque regentem* (Chevalier, Repert. hymn., Louvain, 1897, n. 10238). [7] (f. 50v). In resurrectione Domini. « Gloria... voluntatis: *Ciues superni hodie suam simul et nostram* (l. cit., 3276). [8] (f. 53v). ⟨In⟩ feria II in albis Paschae. « Gloria... voluntatis »: *Rex hodie Christus quia uictor redit ab imis - per te Christe Deus qui super astra micas. Cum sancto...* [9] (f. 57). In *ascensio* Domini. « Gloria... voluntatis »: *Assit honor laudis clemens tibi Christe tonanti - cui canimus iugiter. Tu solus altissimus...* 4. Tropi ad Sanctus. [1] (f. 61). In Natali, in Epiphania, ⟨in⟩ nativitate s. Ioannnis Bapt. « Sanctus »: *Deus pater ingenitus. Sanctus filius Dei unigenitus - laudes promere tibi uoce indefessa. Osanna in excelsis.* [2] (f. 61v). In ⟨festis⟩ s. Stephani, feriae II in albis ⟨Paschae⟩, Assumptionis s. Mariae et omnium sanctorum. « Sanctus »: *Altissime creator, sanctus orbis gubernator - quem formasti de limo ad tuam imaginem. Misericors in excelsis.* [3] (f. 63).

⟨In festis⟩ nativitatis s. Ioannis evang., Purificationis et s. Benedicti. « Sanctus »: *Ammirabilis splendor immarcescibilisque lux - proclamat dicens. Benedictus qui venit in nomine Domini. Osanna in excelsis.* [4] (f. 64). In ⟨festo⟩ s. Martini abbatis. « Sanctus »: *Perpetuo numine cunta regens - seruorum suscipe laudes. Benedictus qui uenit...* [5] (f. 64ᵛ). Dominica in palmis. « Sanctus, sanctus, sanctus »: *Cui pueri hebreorum obuiantes dixerunt - omnesque clamant, gloria in excelsis.* [7] (f. 65ᵛ). In resurrectione Domini et ⟨in festo⟩ sancti Petri. « Sanctus »: *Deus fortis. Sanctus filius excelsus - per cuncta secula. Osanna in excelsis. Qui uenisti.* [8] (f. 67). Feria III in albis ⟨Paschae⟩ et in dedicatione ecclesiae. « Sanctus »: *Summe pater de quo mundi principia constant - cum quibus tibi canamus. Osanna...* [9] (f. 68ᵛ). In ⟨festo⟩ s. Angeli. « Sanctus »: *Quem cherubim atque seraphim incessanter - nunc et in euum. Pleni sunt... in excelsis.* [10] (f. 69). In ascensione Domini. « Sanctus »: *Laudes Deo ore pio corde sereno - trino Deo omnes proclamant. Osanna...* [11] (f. 70). In s. Pentecoste. « Sanctus »: *Pater Deus qui caret initio - celestem gloriam hominibus. Osanna...* [12] (f. 71ᵛ). In dominicis diebus « Sanctus... Domini osanna »: *Saluifica tuum plasma - saluare Iesu Christe benigne in excelsis.* [13] (f. 73). In dominicis diebus. « Sanctus... Domini, osanna »: *P⟨i⟩e Christe descendisti ad terram, mundum - ut tibi laudes decantent in excelsis.*

5. Tropi ad agnus Dei. [1] (f. 74). In nativitate Domini, in ⟨festo⟩ s. Benedicti, in feria III in albis ⟨Paschae⟩, in sollemnitate omnium sanctorum. « Agnus... nobis »: *Benigne pater suscipe queso ad te clamantes - gloria perpes nunc et in euum. Amen.* [2] (f. 74ᵛ). ⟨In⟩ natali s. Stephani, Resurrectione, Pentecoste, assumptione s. Mariae. « Agrus... nobis »: *Salus et uita, pax perpetua, lux - et parce nobis regnans in ęternum. Amen.* [3] (f. 75). In ⟨festo⟩ s. Ioannis evang., *ascensio* Domini, s. Petri apost. « Agnus... nobis »: *Ad dexteram Patris resides qui semper - salua nos in secula seculorum* (Chevalier, l. cit., n. 121). [4] (f. 75ᵛ). In epiphania Domini. « Agnus... mundi »: *Cui Abel iustus atque sanctus agno agnus optulit - a morte perpetua liberares dona nobis pacem.* [5] (f. 76ᵛ). ⟨In⟩ feria II in albis ⟨Paschae⟩ et dedicatione ecclesiae. « Agnus... nobis »: *Fulgida qui regnas in maiestate - uere lętitię gaudia. Amen.* [6] (f. 77). In purificatione et nativitate s. Mariae. « Agnus... mundi »: *Deus ęternę* (!) *rex Sabaoth redemptor cosmi - dare nobis ueniam perhennem. Dona nobis pacem.* [7] (f. 77ᵛ). In resurrectione Domini. « Agnus... mundi »: *O Christe piissime factus noster particeps - hominumque redemptio uera. Dona nobis pacem.* [8] (f. 78). In ⟨festo⟩ s. Ioannis Bapt. « Agnus Dei qui tollis. Agnus Dei (bis) »: *Quem Ioannem* (tantum incipit). [9] (f. 78ᵛ). In dominicis diebus. « Agnus... nobis »: *Agne Dei purga tinctos baptismatis unda - Christe superni.* [10] (f. 79). In dominicis diebus. « Agnus Dei » (bis sed sine tropis); deinde: *In dominicis diebus, Agnus Dei... nobis. - Agnus Dei. Agnus Dei... pacem,*

sine tropis. **6.** Prosae 1-5 *quando comunicant.* [1] (f. 79v). In nativitate Domini: *Letabundus exultet fidelis chorus alleluia* (Chevalier, l. cit., 10012). [2] (f. 81). In nativitate Domini: *Gratuletur omnis caro nato Christo* (l. cit., 7232). [3] (f. 81v). In sanctum Pascha: *Victime paschali laudes intonent christiani* (l. cit., 21505). [4] (f. 83). In Pascha: *Hodie Dominus Iesus Christus resurrexit a mortuis* (l. cit., 27698). [5] (f. 84v). In ⟨festo⟩ s. Mariae Magdalenae et in Pascha: *Mane prima sabbati surgens* (l. cit., 11064). **7** (f. 87). ⟨Canticum in tres partes divisum de Incarnatione⟩: *Omnis orbis resonet in cantico - Quem latronem domat acer. Amen.* **8.** Missae 1-3. [1] (f. 89). In letania maiore. Introitus: *Exaudiuit de templo sancto suo uocem meam;* comunio: *Petite et* (accipietis etc.). [2] (f. 92v). Pro pluvia. Introitus: *Domine rex Deus Habraham;* comunio: *Numquid est* (in idolis etc.). [3] (f. 94v). Pro serenitate. Introitus: *Exaudi nos Domine quoniam benigna;* comunio: *Domine salua* (nos perimus etc.). **9** (f. 96v). ⟨Sibyllae vaticinium de die iudicii⟩ (in ms. *versi in natiuitate Domini in secunda uigilia*): *Iudicii signum - sulphuris amnis* (e s. Aug. de civitate Dei, lib. 18, M. 41, 579). **10** (f. 99v). *Versi in prima vigilia in nativitate Domini;* hic abrasus est codex et secunda manus scripsit fragmentum liturgiae in Sabbato sancto: *Si quis cathecumenus est...* (Bannister, *An ancient office for holy Saturday* in *Journal of Theological studies*, Iuly, London 1905). **11** (f. 101). ⟨Fragmenta improperiorum feria VI in parasceve⟩: *... et tu me potasti felle et aceto - in patibulo crucis. Popule..* **12.** Antiphonae ad processiones. [1] (f. 101v). Dominica in s. Pascha: *Sedit angelus ad sepulcrum* - septima: *resurgentes de morte uenite adoremus, alleluia, alleluia.* [2] (f. 105v). In s. angeli ⟨processione⟩: *Omnipotens Deus supplices te rogamus ac petimus - famulos tuos hodie exaudire - Alleluia.* [3] (f. 106v). Initia antiphonarum ⟨in processionibus⟩ Ascensionis, Pentecostes, octavae eiusdem et s. Ioannis Baptistae: *Non pro his rogo - Apertum est.* [4] (f. 107). In s. Petri apost. ⟨processione⟩: *Dum duceretur Petrus apostolus - participentur mecum de gratia tua in...*

Codicem duae manus scripserunt. Prima saec. XII ff. 1r, 24-98, 101-108, altera saec. XII-XIII abrasit et rescripsit ff. 1v-23 et 99-100, quare haec folia sunt palimsesta et continebant etiam tropos, uti e f. 4 eruitur, in quo antiquiore manu litteris rubris legitur: *In epiphania Domini trophi.* Neumae beneventanae sunt sine lineis scriptae. Recensuit codicem Ehrensberger, Libri liturgici Biblioth. vatic., Friburgi Brisgoviae 1897, p. 421 sq. Notationes musicales descripsit in *Catalogo sommario dell'esposizione* rev. Bannister in *Studi e Testi* n. 13, Roma, Tipogr. vat. 1904, p. 59; idem clarus vir inedita huius codicis brevi dabit in Analecta hymn.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

603. Saec. XIV, membran., mm. 182×125, ff. I. 564.

Breviarium romanum ordinis minorum (fortasse dioecesis parisiensis).

1 (f. 13). Psalterium gallicanum feriatum cum hymnis, responsoriis et antiphonis. Inc. *Primo dierum omnium - omnis spiritus laudet Dominum;* praeeunt [1] (f. 1) tabulae octo terminorum septuagesimae, paschae, pentecostes, cyclorum solis et lunae etc., cum explicationibus; [2] (f. 7) kalendarium, index astronomicus et calendares numeri, dies Aegirae et versus: *Prima dies mensis et VII truncat ut ensis - Sancti Siluestri pape et confessoris;* inter sanctos notatur translatio capitis s. Ludovici regis, quae Parisiis celebratur, ac de eodem sancto haec adduntur in kalendario: *Nonas* (Iunii): *Hic arripuit rex Ludovicus eundi trans mare anno MCCXLVIII - VII Idus. Hic M° CCXLIX die dominica per dictum regem capta fuit Damieta.* Nonnulla sanctorum nomina adiuncta sunt lingua francica manu suppari. Subnectuntur [1] (f. 84) cantica cum antiphonis: *Confitebor tibi Domine; Ego dixi in dimidio; Exultauit cor meum; Cantemus Domino; Domine audiui; Audite celi que loquor; Te Deum laudamus; Benedicite omnia opera Domini; Benedictus Dominus Deus Israel; Magnificat; Nunc dimittis; Quicumque uult saluus esse.* [2] (f. 90ᵛ). Letaniae sanctorum cum precibus et orationibus. [3] (f. 93ᵛ). Hymni de communi, apostolorum, martyrum, martyris, confessoris ep., confessoris non ep., virginis et martyris. [4] (f. 95). Rubricae: *Len doit sauoir que quant feste dapostre ou deuangeliste... qui a aucuns propres respons...* pergunt capita: *ce font les festes doubles; ce font les festes dont len fait octaues; ce font les festes dont len fait demie double; ce font les festes dont len fait III leçons; ce font les festes dont len fait memoire* des. *la uegile de la saint Michiel.* [4] (f. 99ᵛ). Absolutiones ad lectiones: *Len doit sauoir que l'absolution a la primiere nocturne - Uerba sancti euangelii doceat nos Christus Deus. Amen.* **2** (f. 103). Proprium de tempore a sabbato ante Adventum usque ad dominicam XXIV post Pentecosten (in ms. *Ordo breviarii fratrum minorum secundum consuetudinem romane curie*). Inc. *Fratres scientes quod hora est;* subnectitur officium de ss. Trinitate ac des. cum rubrica: *Et en ceste nuit met on le liure des Rois... lecons du primier liure des Rois qui encommence ici.* 3 (f. 293). Scriptura currens a libris regum: *Fuit uir unus de Ramathan - et quinquaginta eius.* 4 (f. 301ᵛ). Homiliae et orationes dominicarum a dom. II post Pentecosten. Oratio: *Sancti nominis tui Domine timorem* - Dominica XXIV antiph. ad vesperas des. *non transient dicit Dominus.* 5 (f. 313ᵛ). Scriptura currens in mense Augusto, inc. a parabolis Salomonis: *Parabolae Salomonis filii Dauid* des. verbis Malachiae: *In quo despeximus nomen tuum;* praemittitur antiph. ad

magnificat et rubrica de lectione parabolarum. 6 (f. 343). Rubricae et ordo officii. Inc. *Li auant notre seigneur est celebre quelque part dimanche auieigne entre les V kal. de decembre.* Des. *O sapientia et les autres en suiuent.* 7 (f. 346). Proprium sanctorum a s. Saturnino usque ad s. Catharinam: *Deus qui nos beati Saturnini meritis* des. in secundis vesperis s. Catherinae cum antiph. *Aue... non deneges suffragia...* Subnectuntur antiph. et lectiones tertii noct. in festis cathedrae s. Petri, conversionis s. Pauli, tres lectiones et hymnus *Deus morum* in festo s. Francisci assis. (Chevalier, op. cit., 25329); inc. *Symon Petre* des. *agni prouidi.* 8 (f. 497). Ordo officii ferialis (in ms. *Des especiaus antiennes, qui sont mises deuant Noel: Iudea et Ierusalem nolite timere cras egr...* 9. Officia particularia. [1] (f. 500). S. Remigii ad vesp.: *Amauit eum Dominus - suis prouidit potum.* [2] (f. 501). S. Eutropi m., novem lectiones cum oratione: *Omnipotens... lux indeficiens;* nona lectio des. *ante eum sternere flores.* [3] (f. 502). S. Desiderii m. totum officium cum tribus orationibus propriis; capitulum: *Iudicabunt sancti nationes;* in secundis vesperis antiph.: *Gloria tibi Domine... cuius concedis letari triumphis.* [4] (f. 504). *En la translation s. Loys roi de France,* ad vesp. ant.: *Exultemus omnes et singuli; a vepres* antiph. des. *laudes...* Oratio: *si comme deuant.* [5] (f. 506). Officium corporis Domini cum octava (in ms. *li offices de la nouuelle sollempnité du cors notre Seigneur... a vespres antienne aus premieres*): *Sacerdos in eternum - ut species mutet elementorum.* [6] (f. 511ᵛ). S. Margheritae, novem lectiones: *Post passionem et resurrectionem* - lectio nona des. *impiis animam meam.* [7] (f. 512). S. Marthae, totum officium; ad vesperas: *Letentur celi et exultent omnes - oroison si comme es premieres uespres.* [8] (f. 515ᵛ). S. Annae, totum officium, ad vesperas: *Inclita stirps Iesse* - ad magnificat: *Felix Anna... nomine Mariam.* [9] (f. 518ᵛ). S. Mariae ad nives, totum officium, ad vesperas: *Dum esset rex* - ad magnificat: *Beatam me dicent...* oratio: *concede nos fa...* [10] (f. 521ᵛ). S. Ludovici episc. tolosani ord. min. (in ms. *saint Loys de Marceille*) novem lectiones. Lect. I inc. *Hic felix sanctus ex regali* - lectio IX des. *ac toti mundo reddere uenerandam.* [11] (f. 525). S. Ludovici regis, officium rhythmicum, ad vesperas: *Ludouicus decus regnantium...* post totum aliae decem et octo lectiones de miraculis, quae des. *omnes fuerunt extracti incolumes et illesi.* [12] (f. 530). In translatione b. Remigii, totum officium, ad vesperas antiph.: *Amauit eum Dominus* - in secundis vesperis ad magnificat antiph.: *Confessor Domini... eterna premia consequamur.* [13] (f. 532). In natali s. Dionysii, totum officium, ad vesperas capitulum: *Dum sacrum misterium beatus Dyonisius,* in II vesperis antiph. ad magnificat: *O beate Dyonisi magna est fides... faciat esse consortes.* [14] (f. 535). S. Barbarae, novem lectiones cum oratione: *Indulgentiam nobis...,* lectio IX des. *in bona confessione*

in Christo Ihesu Domino nostro. [15] (f. 536v). S. **Nichasii** et sociorum mm. totum officium; capitulum: *In sancte spei singularitate...*, in II vesper antiph. ad magnificat: *Prepollens Christi martyr... magnificat. Oratio ut supra.* 9 (f. 539). Commune sanctorum. In natalitiis apost. capitulum: *Fratres iam non estis hospites...* des. cum rubrica: *uelut in festo beate Marie Magdalene.* 10 (f. 560). Rubricae (in ms. *Des especiaulz antiennes qui sont mises deuant Noel.* Incipiunt: *En lan que le iour de Noel sera au dimanche - a laudes et pour les heures Iudea et Ierusalem.* 11 (f. 562v). Absolutiones in lectionibus et ad oremus: *Dirigere et sanctificare* usque ad finem Primae: *requiescant in pace. Amen.*

Codex binis columnis peritissima manu gallica scriptus et venuste decoratus est pro regali quadam domina, uti stemma in initiali folii 24v (in duas partes divisum in sinistra duo pali purpurei in campo aureo, in dextera lilia super imposita corona) demonstrare videtur. Initiales maiores caeruleae, initiales maximae aureae stemmatis (leone, aquila), imaginibus tum hominum tum bestiarum et praesertim bestiis humana capita gestantibus ornatae sunt; interdum paginarum margines auro, frondibus, bestiis tum veris tum fictis decorati sunt. Ante singulos menses duodecim zodiaci signa et duodecim tabellae cum symbolicis imaginibus operum uniuscuiusque mensis. 1 (f. 7). Ante ianuarium ad tabulam dapibus refertam homo biceps (Ianus) altero ore manducat, altero bibit; in summo margine inscriptio: *Poto.* 2 (f. 7v). Ante februarium senex ad cathedram sedens artus admoto igni refovet; in summo marg.: *Ligna cremo.* 3 (f. 8). Ante martium villicus vites falce premit; in summo marg.: *De vite superflua demo.* 4 (f. 8). Ante aprilem vir manus admovit duabus arboribus, quibus duae aves insident; in summo marg.: *Do gramen gratum.* 5 (f. 9). Ante maium eques venatum procedit falconis ope; in summo marg.: *Mihi seruit flos.* 6 (f. 9v). Ante iunium falcarius foenum recidit; in summo marg.: *Mihi pratum.* 7 (f. 10). Ante iulium messor frumenti spicas metit; in summo marg.: *Spicas inclino.* 8 (f. 10v). Ante augustum villicus frumentum terit; in summo marg.: *Segetes tero.* 9 (f. 11). Ante septembrem calcator in lacu excipit allatum a puero canistrum uva plenum; in summo marg.: *Vina propino.* 10 (f. 11v). Ante octobrem sator in agro seminat; in summo marg.: *Semen humi iacto.* 11 (f. 12). Ante novembrem subulcus pascentes sues custodit; in summo marg.: *Mihi pascho sues.* 12 (12v). Ante decembrem mactator in eo est ut suem securi caedat; in summo marg.: *Michi macto.* 13 (f. 13). Sub aedicula Davidi regi sedenti et psalterium pulsanti adstant alter fistula alter organo canentes; in imo marg.: s. Michael de dragone triumphans et David pastor funda lapides conicit in Goliath. 14 (f. 24v). In Davidis coronatum caput in throno aureo sedentis propheta Samuel altero assistente oleum phiala effundit. 15 (f. 31v). David genu dextro flexo dexterae indicem oculis appropinquat, e caelo Deus apparet. Puto hanc tabellam pictoris oscitatione suo loco amotam esse, quia ea inveniri solet ante psalmum: *Dominus illuminatio mea*, hic autem invenitur ante psalmum: *Dixi custodiam uias meas.* 16 (f. 37v). Ante psalmum *dixit insipiens*, insanientis imagini e caelo Deus apparet. 17 (f. 44). Ante psalmum: *Salvum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae...* David rex super undis iunctis manibus orat ad Deum e caelo apparentem. 18 (f. f. 51v). David rex sedens in throno aureo duobus malleis in octo tintinnabula pendentia pulsat. 19 (f. 59). Ante psalmum: *Cantate Domino canticum novum* tres monachi canentes ad librum aureo pluteo impositum. 20 (f. 66v). *Dixit Dominus... sede a dextris meis;* Deus pater filium ad dexteram sedentem alloquitur, inter eos columba.

21 (f. 103). Angelus Gabriel genu submisso Virgini stanti monstrat taeniam, in qua: *Ave Maria.* 22 (f. 103v). Prophetae (Isaiae) Deus e caelo verba inspirat. 23 (f. 127). Praesepe cum Iesu infante, sursum duo pastores et angelus; Mariae lectulo stratae adstat s. Ioseph. 24 (f. 130). S. Stephano levitarum dalmatica induto et genibus flexis oranti duo carnifices lapides impingunt, sinistrorsum vir (Saulus) assidet, sursum Deus. 25 (f. 132). S. Ioannes ev. sedens in volumine pluteo innixo scribit. 26 (f. 134). In conspectu Herodis regis sedentis carnifex ense minatur puero in matris sinu. 27 (f. 136). Clericus crucem monstrat militibus, quorum unus ense caput episcopi (s. Thomae cantuariensis) ante altare genibus flexis orantis ferit; super altari calix. 28 (f. 155). Epiphania. 29 (f. 171). S. Paulo apost. sinistra ensem deferenti e caelo benedicit Deus. 30 (f. 252). Iesum Christum e sepulchro surgentem duo angeli iunctis manibus adorant. 31 (f. 277). Ascensio Iesu Christi. 32 (f. 283v). Pentecoste. 33. (f. 290). Deus pater filium e cruce pendentem sustinet, ex ore patris columba exiens filium tangit (s. Trinitas). 34 (f. 293). Mulier (Anna) genu flexa ante altare orat coram Heli. 35 (f. 313v). Puerum sedentem et librum parabolarum sustinentem alloquitur rex (Salomon) in throno sedens. 36 (f. 318). Iob sedens aurum a Satan oblatum a se repellit (tentatio Iob), post Satan mulier (uxor Iob). 37 (f. 322v). Iudith ancilla deferente canistrum Holophernis dormientis in lectulo strati caput amputat. 38 (f. 324v). Esther genu flexa coram Assuero sedente, dextrorsum Aman laqueo suspensus. 39 (f. 326). Israelita genibus flexis caput suinum in pelvi sublevans a carnifice occiditur. 40 (f. 332). Ezechiel dormiens in lectulo somniat, sursum quatuor capita symbolica evangelistarum. 41 (f. 335v). Daniel in leonum fossa. 42 (f. 337). Oseas mulierem amplexatur. 43 (f. 337v). Ioel sedens meditatur ad pluteum in quo liber, sursum Deus. 44 f. (338). Amos pascentem oves alloquitur Deus. 45 (f. 338v). Abdiae in lectulo strato angelus expansum volumen affert. 46 (f. 339). Ionas in ceti faucibus orans, sursum urbs (Ninive). 47 (f. 339v). Michaeae sinistra expansum volumen gestanti ac dextra alloquenti Deus verba prophetiae inspirat, 48 (f. 340). Sinistrorsum Naum propheta alloquitur, dextrorsum urbs (Ninive). 49 (f. 340v) Habacuc propheta panem et vinum afferens ab angelo e terra sublevatur. 50 (f. 341). Sophonias propheta dextra alloquens sinistra volumen expansum gestans. 51 (f. 341v). Aggaeus expansum volumen brachiis sustentat. 52 (f. 342). Zacharias altero comitante (viro mensuraturo Ierusalem?) dextera alloquitur, sinistro brachio expansum volumen gestat, angelus e caelo prophetae verba inspirat. 53 (f. 342v). Malachias volumen expansum sustentans. 54 (f. 346). Martyr dalmatica indutus librum sinistra, dextera ensem defert (s. Sisinnius diaconus, 29 nov.). 55 (f. 346v). Duo carnifices s. Andream cruci alligant. 56 (f. 349v). S. Nicolaus e turris fenestra tribus puellis aurum porrigit, post puellas vir (pater) inedia laborans brachio dextro caput inclinat. 57 (f. 352v). Carnifex virginis genuflexae (s. Luciae) caput truncat. 58 (f. 354v). Iesus Christus s. Thomam genu flexum ad digitum inferendum in eius apertum vulnus invitat. 59 (f. 360v). S. Agneti sinistrorsum in tentorio stanti capillis tectae angelus vestem adducit, dextrorsum diabolus adolescentem (praefecti filium) praefocat. 60 (f. 365). Saulus una cum equo humi deiectus, sursum Iesu Christi caput tres radios emittens. 61 (f. 366v). Maria virgo puerum Iesum Simeoni sistit, post virginem ancilla deferens cereum et canistrum cum duabus columbis. 62 (f. 372). S. Petrus in cathedra sedens a duobus sublevatus resuscitat mortuam puellam in sepulchro stratam (Tabitham). 63 (f. 373). S. Mathiae caput, genibus flexis et manibus iunctis orantis, carnifex alter lapide contundit, alter securi truncat. 64 (f. 376). Mariae virgini stanti, dextera alloquenti et sinistra librum gerenti angelus volumen expansum affert in quo: *Ave Maria gr.* 65 (f. 382v). S. Philippus apost. draconi imperat ut exeat de loco, e saxo despicientibus quatuor viris territis, qui antea hoc idem operari fru-

stra conati erant. 66 (f. 389v). Quatuor monachi ordinis minorum arcam sepulchralem s. Francisci humeris asportant. 67 (f. 392v). S. Barnabas apost. fune ad collum alligato a carnifice ad rogum trahitur. 68 (f. 394). Sanctus (fortasse s. Antonius de Padua, praemittitur enim tabella diei 13 Iunii) vini dolium duobus adstantibus territis monstrat. 69 (f. 402). Sacerdos in circumcidendo infantem (s. Ioannem Baptistam) a matre sustentatum petit nomen a patre in pugillari scribente. 70 (f. 406). Sancti Ioannes et Paulus martyres flexis genibus a duobus carnificibus gladiis feriuntur. 71 (f. 408v). S. Petrus in cruce capite verso a carnifice suspensus; carnifex alter s. Pauli caput obtruncat. 72 (f. 418v). Iesus Christus sinistra crucem sustinens dextera alloquitur s. Mariam Magdalenam genu flexam et auxilium implorantem; arbor est inter eos. 73 (f. 420). Daemones duo adducunt virum (Hermogenem) ad s. Iacobum maiorem (cf. Fabricius, Cod. apocr. Novi Test., Hamburgi 1703, p. 519). 74 (f. 424). Apostolus (s. Petrus?) ab homine vincto et catena ad collum alligato daemonem ex ore emittere facit (fortasse potestatem absolvendi vel exorcismum significare voluit pictor). 75 (f. 430r). S. Laurentius nudus distentus in craticula, duo carnifices ignem conflant. 76 (f. 434v). Sa Clara stans palmam in sinistra ac dextera librum sustinens. 77 (f. 439v). Apostoli quatuor ceteris comitantibus supportant feretrum s. Mariae v., vir gaudio exiliens feretrum comitatur. 78 (f. 447). S. Bartholomaeo in tabula distento duo carnifices pellem detrahunt. 79 (f. 447v). Quatuor claudi ac debiles ad s. Augustini sepulcrum panno aureo coopertum. 80 (f. 449). Carnifex concitante Herodiade caput s. Ioannis Baptistae e carceris fenestra porrectum obtruncat. 81 (f. 451). Duae mulieres Mariam virg. infantulam in labro lavant; Elisabeth in lectulo sublevata iacet. 82 (f. 455). In aedicula *Ecce homo* capite coronato sedens dextera benedicit, sinistra sceptrum sustinet; dextrorsum crux erecta, sinistrorsum gallus columnae innixus. 83 (f. 458). S. Matthaeus apost. cum libro in sinistra procedit in occursum duorum magorum ac duorum draconum (Fabricius, l. cit., p. 643). 84 (f. 461v). S. Michael scuto crucigero armatus lancea in crucem desinente draconem conculcat. 85 (f. 465). In initiali *F*, caput nimbatum s. Francisci assisiensis. 86 (f. 466v). Tabella. In crypta genibus flexis s. Franciscus assisiensis stigmata recipit; sursum unus e seraphim. 87 (f. 472v). S. Dionysius martyr in fornace ignis ardentis orans; dextrorsum duo carnifices suspenso animo expectant. 88 (f. 473v). S. Lucas sedens ad pluteum *(leggio)*, in quo expansum est volumen, secum meditatur, sinistrorsum bos. 89 (f. 476). Simon et Iudas conspiciente multitudine praecipiunt ut daemones egrediantur e simulacris Solis et Lunae (Fabricius, l. cit., p. 634). 90 (f. 477). Tabella in duas partes divisa, in media parte superiore s. Petrus cum clavi in sinistra, dextrorsum s. Laurentius sustinens palmam in dextera, sinistrorsum s. Stephanus lapidem in sinistra ferens in scamno sedentes colloquuntur; in parte inferiore pontifex sedet alloquens (fortasse s. Bonifacius IV) episcopum et abbatem pariter sedentes. 91 (f. 482v). S. Martinus episc. equo insidens cultro pallii partem demit ad adstantem mendicum tegendum. 92 (f. 487). Duo carnifices hinc inde alter folliculo alter ungula ferrea ignem accensum conflant subter aheno, in quo s. Caecilia nuda stans. Ff. I, 100v-102, 491v, 496v, 499v, 564 vacua. Ff. 560-563 alia manu scripta videntur. Descripsit Ehrensberger, Libri liturgici Biblioth. vat., p. 253 sq.; cf. Delisle, *Iournal des Savants*, 1897, p. 288.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Gregorii XVI et A. Lambruschini card. bibliothecarii.

604. Saec. XVI, chart., mm. 198 × 140, ff. II. 221 (+ 156[a]).

De missa, de clericalibus ordinibus et vestibus; sententiae e Scriptura, patribus et scriptoribus ecclesiasticis; **Pseudo-Bernardi** claraevallensis opuscula duo; **Innocentii III** papae de miseria conditionis humanae; canones poenitentiales; Floretus; **Arnaldi de Palatio** dubia de divino officio; liturgica quaedam.

1 (f. 4). ⟨De indumentis, de clericalibus ordinibus, ac de expositione missae usque ad consecrationis verba « mysterium fidei » (in ms. *de missa et de indumentis sacerdotalibus quid significent*). Inc. *Cum apostolicae sedis antistes agit missarum solempnia VI secum habet ordines clericorum.* Des. *Christus est mortuus pro delictis nostris et resurrexit propter iustificationem nostram. Et Petrus apostolus. Christus passus est pro nobis*; praeeunte prooemio: *Tria sunt in quibus praecipue lex diuina consistit - quod disponente Domino ceterarum ecclesiarum mater est et magistra.*

2 (f. 76v). Sententiae ex libro Ecclesiastici. Incipiunt: *Qui sine timore est non poterit iustificari, iracundia enim animositatis.* Desinunt: *et propitius sis si inuocauerit te. Finis Ecclesiastici. 1521 de mense nouembris die 19 sucante solum floretum eorum dictorum.*

3 (f. 89v). Auctoritates ex patribus (laudantur ss. Augustinus, Ambrosius, Chrysostomus, Gregorius, Hieronymus). Incipiunt: *Ieronimus: Alieni erroris non est nostrum reddere rationem.* Desinunt: *Gregorius: Interdicuntur clerici qui crimine fornicationis iaceant, dicti decreti caput si qui.*

4 (f. 91). ⟨Carmen paraeneticum ad Raynaldum⟩ (in ms. *Tractatus 2 de contemptu mundi*) (inter opera supposititia s. Bernardi claraevallensis, M. 184, 1307-1314).

5 (f. 98). Aliae sententiae e Scriptura, s. Bernardo, s. Boetio, Seneca, s. Gregorio, s. Hieronymo. Incipiunt: *Bernardus. Elemosinam dare non est dare sed seminare.* Desinunt: *Qui sperat et non timet negligens est.*

6 (f. 99). ⟨Innocentii III papae de miseria conditionis humanae libri I-III⟩ (in ms. *de m... hominis;* M. 217, 701-746). Subnectitur scholium de credo ab apostolis composito, quod inc. *Decimo die post ascensionem* ac des. *Mathias vitam eternam. Amen hebreus sermo est. Latine dicitur vere, vel fide, iterum, sive fiat.*

7 (f. 137v). Scholia de festo omnium sanctorum, de hominum hostibus, de officio mortuorum ac de aliis rebus praesertim liturgicis. Inc. *Propter quatuor festum omnium sanctorum fuit institutum.* Des. *thus in missa pro defunctis non datur quia nil spiriti ualent suis orationibus adiuuari*; sed haec

scholia sequuntur in imis pagellis ff. 139-151ᵛ, ubi des. cum scholio de quatuor fluminibus ac de evangelistis - *Eufrates, Lucas.*

8 (f. 159). Floretus. Inc. *Nomine floretus liber incipit ad bona cetus.* Des. *Cum sit tibi cura prestare negotia* (de edd. cf. Brunet, *Manuel du Libraire*).

9 (f. 160). *De modo loquendi utili.* Inc. *Fore uis sapiens sex serua que tibi mando.* Des. *et de hoc aduerbio quando ad presens sufficiant* (laudantur Salomon, Cato, Tullius, Seneca, s. Augustinus).

10 (f. 164). Arnoldi de Palatio dioecesis taurinensis dubia de divino officio. Inc. *Quoniam diabolus tenebrarum princeps sua callida persuasione viros ecclesiasticos excecauit.* Dubium XXVIII: *Vtrum hore canonice dicte per clericos existentes in mortali peccato prosint proximo.* Des. *plena datur solutio ad quam gratia breuitatis remitto. Deo gratias et virgini Mariae. Ihesus Christus. Maria. Ihesus Christus.* Infra subscriptio: *Explicit tractatus de horis dicendis a M. Arnaldo de Palatio compilatus, scriptus nec non per me fratrem Antonium de la Villa de Proemelio, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, praepositum beate Marie de Vezolano 1518 et die 18 mensis nouembris. Anno tertio susceptionis habitus eiusdem ordinis. Videlicet in festo sanctae Katerine, quae fuit in dominica die, videlicet anni 1515, anni, quo serenissimus rex Franciscus uenit in partes Lombardie magno cum exercitu. A. V.*

11 (f. 189). Canones poenitentiales. Incipiunt: *Considerandum est de canonibus penitentialibus. Ad quorum intelligentiam prenotandum est quod sicut est in scientiis praticis que uersantur circa opera.* Des. *Insuper notandum quod si penitentia in pane et aqua imponatur non habenti panem.*

12 (f. 197ᵛ). Sententiae e libro Proverb., Ieremiae, Ezechielis, Isaiae, s. Augustini. Incipiunt: *Prover. 13: Qui cum sapientibus graditur sapiens erit.* Desinunt: *et cibabo te hereditate Iacob.*

13 (f. 203ᵛ). ⟨De cognitione humanae conditionis capita I-X priora⟩ (in ms. *de c... multorum*) abrumpitur vv. *In silentio etiam fui otiosus quod est maximum. In...* (inter supposititia s. Bernardi claraevallensis, M. 184, 485-501 lin. 2 ab imo).

14 (f. 217ᵛ). ⟨Aliae sententiae e Scriptura et patribus⟩ Incipiunt: *Quatuor beneficia a passione Christi.* Desinunt: *que dura sunt usu moliuntur.*

F. 1ᵛ. Manu saec. XVI-XVII. *Sermo in exaltatione s. Crucis* (est tantum sermonis summa): *Factus obediens usque ad mortem propter quinque rationes - et deplorata iterum non committit.* Pergit eadem manus f. 219 ubi variae sententiae ac des. vv. *Anno 1527 die 17 aprilis fuerunt quidam capitanei Pini et Arbugnani, qui incenderunt quasi totum Pinum et quatuor damas* (! nempe domus). *Arbugnani, occiderunt quasi omnes uiros.*

F. 2. ⟨Sententiae et scholia⟩ *Crucifixionis*: *Et istam Christus elegit - non ut faceret uoluntatem suam sed patris.*

Codex uti ex subscriptionibus, quae in ff. 97^{v}, 137^{v}, 188^{v}, littera currenti scriptus est ab Antonio de la Villa de Premelio can. regulari s. Augustini, praeposito abbatiae s. Mariae de Vezulano, quae fuit in vercellensi territorio (cf. Pennotto, Generalis totius sacri ord. clericorum canonicorum hist. tripartita, Romae 1624, p. 323); sed ff. 1^{v}, in quo imperfectus index contentorum, et 219 alia manu posteriore addita sunt. In f. I. tertia manu titulus: *F. Antonius de la Villa de Praemelio' ordinis canonicorum regularium s. Augustini haec opera scripsit et collegit 1516.* Exinde error antiqui indicis, qui opera huic scribae, uti auctori, tribuit. Ff. I-II, I^{r}, 159^{v}, 159^{a}, 219^{v}-221 vacua.

Codex simplici membrana contectus est saec. XVI-XVII.

605. An. 1579 (cf. f. 25^{v}), chart., mm. 205 × 140,, ff. I. 27.

D'intorno alla reforma dell'anno. Inc. *Crede il vuolgo generalmente hoggidì, che la Santità di N. S. habbia intentione di ridurre l'anno corrente quasi suiato dal suo camin naturale.* Des. *da santa chiesa accettata et osseruata in perpetuo. 1579 a dì 20 di 7bre - In Padoua.* (Est epistola astronomi cuiusdam paduani ad virum quendam Romae commorantem, in qua hortatur eum ut illam pontifici Gregorio XIII legendam exhibeat).

Codex ab ipso fortasse auctore littera currenti exaratus. In f. I manu saec. XVII: *Compendio d'intorno alla riforma dell'anno;* in f. 26 idem titulus manu anteriore. Ff. I^{v}, 26, 27 vacua.

Charta spissata contectus est saec. XVI-XVII.

606. Saec. XVII in., chart., mm. 210 × 160, ff. II. 154 (+ f. 3$^{a.b.}$).

Felini Petri Martyris cremonensis ord. servorum b. M. v. *compendiaria dissertatio, seu breuis tractatus de omnibus quae differunt inter breuiarium ordinarium felicis recordationis. Pii Papae V iussu editum et sanctissimi domini nostri Clementis Papae VIII auctoritate recognitum.* Inc. *Statim cum breuiarium auctoritate sanctissimi domini nostri Clementis Papae VIII recognitum praelo datum fuisset.* Des. *ad dexteram dilecti filii tui Domini nostri Iesu Christi te uidere ualeam in secula seculorum. Amen;* praeeunt [1] (f. 1) titulus; [2] (f. 2) auctoris dedicatio *serenissimo Francisco Mariae II duci Vrbini VI etc.,* quae inc. *Multum equidem mihi, serenissime ac sapientissime princeps, laetandum esse iudico* ac des. *Romae ex conuentu sanctae Mariae in Via. Die XVIII Iunii 1604.*

Ff. I, II, 1^{v}, 3^{v} 3^{ab}, 154 vacua.

Tegumentum uti in cod. superiore.

607. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 200×135, ff. 17.

Exemplum constitutionum sacri collegii reverendissimorum dominorum cardinalium an. 1546. Inc. *Sedente Leone X Pont. Max. cum sacrum revm̃orum dñorum S. R. E. cardinalium collegium duorum clericorum suorum officium quod annos antea permultos magno ipsius collegii incommodo fuerat uenale.* Des. *Romae apud sanctum Petrum in consistorio secreto. Anno a Natiuitate Domini MDXLVI. Die uero XIX mensis februarii, pontificatus sm̃i... Pauli... diuina prouidentia Papae III...* (Teste Moroni, *Dizionario di erud. stor. eccl.*, 7, p. 85, iterum impressae sunt Romae, Salviucci, 1833). Infra: *Decretum de expediendis constitutionibus in publica et autentica forma habentur in libro actorum rubro sub anno 1546, p. 21 et 22... In libro actorum p. 108.*

Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XIX.

608. Saec. XVI, membran., mm. 180×141, ff. 8.

Ordo servandus per summum pontificem romanum in faciendo Confalonerium seu vexilliferum sanctae romanae ecclesiae. Inc. *In primis quidem preparatur de mane a sacrista uestis seu mantum per pontificem benedicendum.* Des. *Tradendo uexillum uexillifero tradat sibi osculum pacis. Gratiae Deo. Amen.* In iuramento vexilliferi legitur: *Ego enim Robertus uexillifer....*

Codex littera rotunda transcriptus titulos atque initiales praefert minio pictas; primus titulus auro illitus, margo autem sinister folii 1 intextis lineis et coloribus ornatus est. F. 8 vacuum.

Tegumentum uti in cod. superiore.

609. Saec. XVI ex., chart., mm. 205×133, ff. 70 (+ f. 1^a.b.^).

⟨**Grudii Nicolai**⟩ constitutiones clarissimi atque excellentissimi ordinis velleris aurei e gallico in latinum conversae. Inc. (f. 8) *Philippus Dei gratia dux Burgundiae, Lotharingiae, Brabantiae et Limburgii... Notum uniuersis esse uolumus pro eximio affectu nostro.* Des. *Datum Insulis urbe nostra die vigesimo septimo mensis Novembris. Anno Domini millesimo quadrigentesimo trigesimo primo;* praeeunt (f. 2-7) capita 1-66. Cap. I: *Numerus militum huius ordinis et quales esse oporteat,* quod inc. f. 9; cap. 66: *De omnimoda iurisdictione ordinis huius in milites cap. LXVI* inc. f. 44^v^. Adduntur (f. 52) ea quae vel immutata sunt in primis constitutionibus huius ordinis, vel ad eas ipsas accesserunt. Inc. *Primum quidem dux Philippus Bonus huius ordinis auctor atque institutor in iis comitiis, quae Hagę apud Hollandos... de confratrum sententia addidit.* Des. *dispositum reperitur in aliis locis;* praeeunt (f. 49-51) capita 1-21; Cap. I: *Nunciata in comitiis morte alicuius ex confratribus huius ordinis, alium continuo eligendum;* (f. 52) cap. XXI:

Quod vestis, mantella et caputia, per supremum ordinis ipsosque equites et officiales gestari solita in vesperis et missa pro defunctis, conficientur ex velecto nigro cap. XXI f. 68 (de edd. cf. Brunet, *Manuel du Libraire,* art. *Constitutiones*).

Codex litteris currentibus transcriptus nulla ornamenta praefert praeter titulum litteris nigris capitalibus. In f. 1^{v} manu Francisci Mariae Urbini ducis VI notula: *A 13 di Gennaio del 1561 il duca mio padre prese in Roma l'ordine del Tosone per mano del signor Sforza conte di Santa fiore,* et f. 1^{a} eiusdem manu: *A XV di Settembre del 1585: Io Francesco M^{a} di Montefeltro della Rovere VI duca d'Urbino II presi in Bologna l'ordine del Tosone per mano del signor Ottavio Farnese duca di Parma.* In f. 70^{v} alia manu: *Giorni che si ha da portar il collar grande: Natale con le feste seguenti III. - Ogni uolta che in ciò si pecca paghisi due soldi per far dir una messa et due altri per limosina;* infra: *Vale il soldo di Borgogna.* Ff. 1^{r}, $1^{a v}$, $1^{b v}$, 69^{v}, 70^{r} vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

610. Saec. XVII, chart., mm. 216×158, ff. V. 79.

⟨Statuta equestris ord. s. Michaelis, a Ludovico XI instituti lingua italica⟩ (in ms. *Statuti et ordinationi...*). Cap. 1 (f. 12^{r}) inc. *Luigi per la grazia di Dio re di Francia. Saper facciamo a tutti presenti e da uenire che per il perfettissimo e singolare amore... al nobile ordine e stato della Cavalleria.* Cap. 66 des. *di nostro regno il nono* (apud Sansovino, *Della origine de Cavalieri, Venetia 1570,* f. 82^{r}-103^{r}). (F. 61^{r}). *Aggiunta fatta da poi per il detto re Luigi undecimo...* Cap. 67 inc. *Luigi per la gratia di Dio re di Francia... per il perfettissimo e singolar amore che noi habbiamo all'ordine di s. Michele.* Caput 92 des. *e di nostro regno il decimosesto* (l. cit., p. 104-111); praeeunt (f. 2-12) capita 1-92; primum: *de' Caualieri dell'ordine, e chi sarà il capo e soprano, e così quello, che deuon fare coloro, a chi sarà dato l'ordine;* cap. 92: *Item come il re uuole et ordina i detti statuti et ordinationi essere ritenute, guardate, osseruate et aggiunte alle prime della institutione del detto ordine.*

Ff. I-V, 1^{v}, 77^{v}-79 vacua.

Codex simplici membrana contectus est saec. XVII.

611. Saec. XV, membran., mm. 225×162, ff. I. 16.

⟨Statuta equestris ordinis s. Michaelis lingua francica⟩. Inc. ⟨N⟩*oys par la grace de Dieu roy de France. Sauoir faisons a tous presens et auenir. Que pour la tres parfaicte et singuliere amour.* Des. *Et de nre regne le neufiesme,* (saepe editi, cf. Lelong, *Bibliothèque historique de la France,* Paris 1771, 3, p. 707, n. 40449 sqq., sed in cod. desunt additiones ab eodem rege factae an. 1476).

Ff. I^{r}, 16^{v} vacua. In f. I^{v} manu posteriore: *fondatione, capitoli e constitutioni dell'ordine di s. Michele.*

Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XIX.

612. Saec. XVI in., membran., mm. 220 × 122, ff. 66.

⟨Statuta equestris ordinis s. Michaelis a Ludovico XI instituti lingua italica⟩ (in ms. *Libro de l'ordine del christianissimo... ad honore de s. Michele*). Cap. 1 (f. 10) inc. *Louisio per la Dio gratia re de Franza... Sapere faciamo a ciascaduno presente et da uenire hauemo al nobile ordine per affectione ardente desideramo.* Cap. 66 des. *anno 1469. Noueno del regno nostro.* ⟨Additiones⟩ (f. 51) cap. 67 inc. *Louisio per la dio gratia re de Franza. Sapere facciamo a ciascuna* (!) *presente et da uenire per lo singolar... habiamo al ordine de sancto Michaele quale per grande deuotione hauemo instituito* - cap. 86 seu ultimum des. *et de nostro regno lo XVI* (de edd. cf. cod. 610); praeeunt (f. 1-8) capita 1-86; cap. 1: *Del numero de li caualeri del ordine e chi sara soprano etc.* cap. 86: *Come el re per sue littere patente ha fundato uno collegio in la capella di sancto Michaele al palatio di Parisio in perpetua memoria del dicto ordine.*

Codicem, uti constat e dedicatione in f. 66, scripsit Fridericus Veteranus: *A lo illustrissimo et magnanimo signore signor Francisco Maria Feltrio de Ruvere duca di Urbino et conte Federico Veterano urbinato fidelissimo et devotissimo servo feltresco se racomanda. Manu propria.* In f. 9^v idem scriba, uti videtur, pinxit imaginem s. Michaelis arch. et folii 10 margines decoravit floribus ac tessera gentilicia cum corona F⟨rancisci I⟩ D⟨ucis⟩ (aquila, quercus etc.). Tituli atque initiales maiores rubra, initiales maximae aureae coloribus decoratae sunt. Ff. 9^r, 66^v vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

613. Saec. XVI, membran., mm. 205 × 136, ff. VIII. 32.

⟨Statuta equestris ordinis s. Michaelis a Ludovico XI instituti, lingua italica⟩ (in tegumento: *Capituli de la confraternita de sancto Michele del serenissimo re de Francia).* (F. 1^r) ⟨L⟩*ouiso per la Dio gratia...: Saper faciamo ad ciascaduno.* Cap. 66 des. *l'anno 1469 noueno del regno nostro.* (F. 22). ⟨Additiones⟩. Cap. 67 inc. ⟨L⟩*ouyso per la Dio gratia... Saper faciamo ad ciascuno... Vnde per l'ardente affectione.* Cap. 86 seu ultimum des. *Et di nostro regno lo XVI°* (de edd. cf. cod. 610); praeeunt (f. V-1^r) capita 1-86: *Del numero de li Caualieri del ordine: et chi sara soprano: et non debbeno fare colloro ad chi sara dato dicto ordine.* Cap. 86: *Commo el re per sue litere patente ha fundato uno collegio in la capella de sancto Michaele al palazzo di Parisio in perpetuale memoria del dicto ordine* (de edd. cf. codicem superiorem).

Codex littera currenti scriptus titulos praefert rubros. Ff. I-IV, 30, 31 vacua. Simplici membrana contectus saec. XVI.

614. Saec. XVI ex., chart. mm. 217 × 156, ff. XII, 132 (+ f. 86a. b. c.).

⟨**Grudii Nicolai**⟩ constitutiones clarissimi atque excellentissimi ordinis velleris aurei e gallico in latinum conversae. Inc. *Philipus Dei gratia dux Burgundiae... Notum uniuersis esse uolumus pro eximio affectu nostro.* Des. *Datum Insulis urbe nostra. Die uigesimo septimo mensis Nouembris anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo;* praeeunt capita 1-66., omnino ut in cod. 609. F. 87. Sequuntur ea quae vel immutata sunt in primis constitutionibus huius ordinis vel ad eas ipsas accesserunt: Cap. I inc. *Primum quidem dux.* des. *dispositum reperitur in aliis locis;* praeeunt capita 1-21, uti in cod. 609, ubi etiam editiones notatae sunt; sequuntur [1] (f. 123v) index notabilium ordine alphabetico: *Amicitia militum - Vestium gestatio;* [2] (f. 125v) *Copia tradutta dal francese della dispensazione de gli articoli del Tusone.* ⟨pro Francisco Ma Feltrio de Ruere Urbini duce VI⟩: *Filippo etc. Capo supremo del nobilissimo ordine del Tusone - Dato in S. Lorenzo il Reale. In Castiglia a XIIII di 7bre 1588 et de nostri Regni... Phelippe.*

In f. 126v notae temporum, quibus Guidubaldus II et Fr. Maria II Urbini duces honore velleris aurei donati sunt; in f. 131v: *Giorni che si ha da portare il collare grande*, uti in codice 609. Folia I-VI, VIIv, 86c v, 123, 125r, 127-131r, 132 vacua.

Contectus simplici membrana vittis clausa saec. XVI ex.

615. Saec. XVI ex., chart., mm. 208 × 157, ff. 26.

⟨Statuta et leges ord. velleris aurei lingua italica⟩. Inc. *Filippo il buono duca di Borgogna.* Des. *nella prima dieta al supremo et* ⟨a⟩ *cavalieri del ordine* (verbis variantibus habes apud Sansovino, *Della origine de Cavalieri*, in Venezia 1570, f. 64-81).

F. 26v vacuum.

Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XIX.

616. An. 1601 (cf. f. 106 et 108v), chart., mm 265 × 200, ff. 108.

Valeri Augustini card. veronensis de sacro anno iubilaei MDC, sedem Petri tenente Clemente VIII, commentarius cum auctoris epist. dedicationis ad eundem pont. max. (Veronae 1601; de aliis edd. cf. Ponzetti, Augustini Valerii commentarius de consolatione ecclesiae, Romae 1795, p. XLIX, n. 30).

Codex littera currenti e libro impresso fortasse transcriptus est. In f. 108v bis ac duabus manibus: *27 Nou. 1061.* Ff. I. 106v-108 vacua.

Simplici membrana vittis clausa contectus est saec. XVII.

617. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 220×165, ff. 160 (+ 1[a]).

Iacomini Iulii Caesaris pisaurensis ⟨canonici reg. lateranensis⟩ commentarius in I sententiarum (in ms. *Compendiosus tractatus Theologiae primi sententiarum*) praelectiones 1-51 et 108-150. Lectio I inc. *De dignitate et subiecto sacrae Theologiae. Cum diuinae sapientiae lecturam sim aggressus duo mihi primum sese offerunt.* Lectio 51: *De raptu apostoli* des. *Dei onipotentis gratia et misericordia;* (f. 84) lectio 108 inc. *2ª pars principalis 3ªᵉ distinctionis tractat de vestigio trinitatis et quaeritur: An in omni re creata reperiantur uestigia trinitatis.* Lectio 150 (de distinctione attributorum in divinis) inc. *Intentio nostra est reprobare id in quo Gotfredus distinguitur ab opinione Henrici* ⟨de Massa⟩ des. *Ideo distinguitur non tantum ratione sed formaliter et ex natura rei.* 2 (f. 149). *Personae divinae quas r e l a t i o n e s o r i g i n i s constituunt.* Inc. *Pro nota tituli aduertendum quod non quaerimus de eo quod persona est Deus.* Des. *quatenus se amant amore precipuo et secundum maximam appretiationem dicuntur habere in se caritatem* (laudantur theologi Gabriel Riel, Ioseph Angles, Henricus de Massa etc.).

Codex nullibi ornatus ac littera currenti fortasse ab ipso auctore scriptus est. Ff. 83ᵛ, 160ᵛ vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

618. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 215×161, ff. 337.

Iacomini Iul. Caes. pisaurensis ⟨can. reg. lat.⟩ in 2ᵘᵐ sententiarum praelectiones 1-122. Lectio 1 inc. *Nunc et 2º adsit nobis uirtus Spiritus sancti... Magister sententiarum edidit 4ᵒʳ libros. De primo a nobis spatio trium annorum uisum fuit. In hoc 2º magister tangit quinque.* Lectio 122: *An voluntas creata peccans ex malitia possit in obiectum sibi non ostensum sub aliqua ratione boni...* des. *Et ita ego semper sustinui opinionem d. Bonauenturae tanquam probabiliorem... Laudes Deo agendae. Est D. Iulij et amicorum.*

Scriptura ac tegumentum uti in cod. superiore.

619. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 265×158, ff. 163 (+ 1[a b]).

Iacomini Iul. Caes. ⟨pisaurensis, can. reg. lat.⟩ in tertium sententiarum, praelectiones 1-118. Lectio I. inc. *Cum in primo libro satis fuerit dictum de personis diuinis ad intra et extra de attributis... In 3º videndum est de reparatione generis humani.* Lectio 118: *De fortitudine, pietate et timore,* des. *Haec sunt quae de donis dicenda. Haec pro complemento tertii.*

Folia Iᵛ, 1ª vacua.
Scriptura ac tegumentum uti in cod. 617.

620. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 203 × 168, ff. 184.

Iacomini Iul. Caes. pisaurensis, ⟨can. reg. lat.⟩, in quartum sententiarum, praelectiones 1-63. Lectio 1 inc. *Haurietis aquas in gaudio... In his uerbis propheta Isaias cap. 12 descripto misterio Christi praedicit futuram utilitatem sacramentorum.* Desinit cum tractatu de poenitentia vv. *Ego dicerem quod esset poenitens materia huius sacramenti, poenitens contritus confitendus uel confessus et sic etc. etc.* (post lectionem 63 reliquus tractatus de Eucharistia et tractatus de Poenitentia non dividuntur in lectiones).

Folia 1^{v}, 184^{v} vacua,
Scriptura ac tegumentum uti in cod. 617, sed folia $149\text{-}152^{r}$ alia manu exarata sunt.

621. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 205 × 150, ff. 156 (+ $1^{a b}$).

Iacomini Iul. Caes. pisaurensis, can. reg. lateranensis, *tractatus super primo sententiarum,* seu praelectiones 1-104. Lectio I inc. *Arenam maris, pluuiae guttas, vias seculi... ex iis uerbis tria impossibilia enumerari uidentur. Itaque sapientia Dei, quae uocatur theologia.* Lectio 104 des. *Intellectus separatus est idem manens cum intellectu coniuncto.*

Ff. 1^{v}, 1^{a} vacua.
Scriptura ac tegumentum uti in cod. 617.

622. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 210 × 166, ff. 116 (+ 1^{a}).

Iacomini Iul. Caes. pisaurensis, can. reg. lateran., *de insignibus Sixti V pont. max.* ⟨seu de montibus, leone et astris in tessera gentilicia Sixti V, libri 1-3⟩. Lib. I (f. 6) inc. *Mundus misticus rerum et locorum nec non misteriorum illustrium, quae in sacris habentur scripturis* des. *in his vocibus audiuntur. At satis;* lib. 2 (f. 74) inc. *His succedit leo* des. *Sed de leone dictum sit nunc satis;* lib. III (f. 101) inc. *Statutis his quae de montibus et leone... restat... in hac prima parte huius operis* des. *quod semper Deus adaugeat ad sui honorem et gloriam. Tu autem interdum in aeuum uiue et foelix et beatus uiue;* praeeunt [1] (f. 1^{a}) auctoris dedicatio Sixto V, quae inc. *Singula ad fiduciam facientia, Beatissime Pater, humanitas, patria, gaudium me circumuenientia, non potui* ac des. *Sit denarium unum a muliercula in templo oblatum. In aeuum vale summorum portificum splendor;* [2] (f. 5) praefatio ad lectorem: *Inter tot et tantas res quae in scripturis sacris - a linguis eruditioribus mundo caecutienti in faciem proponenda. Valete.*

F. 1^{v} vacuum est.
Tegumentum uti in cod. 617.

623. Saec. XVI-XVII, chart., mm.. 207 × 170, ff. 95.

Iacomini Iul. Caes. pisaurensis, ⟨can. reg. lateran.⟩, *supra I caput Genesis expositio* a vv. « Fiat lux » ad vv. « Fiant luminaria in firmamento caeli ». Inc. *Dixit igitur Deus fiat lux etc. Audito eterno decreto lux, quae iam non erat, statim prodiit suasque faces rebus vix apparentibus effudit.* Des. *ex solis cursu perspexerunt. Solum itaque de antipodis hominibus uel terris ferracibus dubitarunt.*

Ff. 95ᵛ vacuum.
Scriptura ac tegumentum uti in cod. 617.

624. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 186 × 153.

Iacomini Iul. Caes. ⟨can. reg. lateranensis⟩ indices alphabetici duo in Biblia et in quaestiones theologicas duobus voluminibus comprehensi.

Pars I. Ff. 1-206.

1 (f. 1). Index in sacrae Scripturae verba inc. *De tribus arboribus saepe commemorat scriptura ut Iudic. q. 6. Vitis et oliua. Vites sunt praelati ecclesiastici 24, c.: ego quasi uitis fructificaui; unde ecclesia uitis mundans dicitur, ficus religiosi.* Des. voce: *nubes multiplex primo est caro Christi... nubes sine aqua, quę a ventis circumfertur.*

Pars II. Ff. 207-404.

Inc. *7º est peccatum; nubes tren. 3, c., opposuit nubem ne transiret.* Des. *Vas idem est homo cuius figulus est Deus... unusquisque sciat vas suum possidere etc.*
2 (f. 344). ⟨Index quaestionum et opinionum⟩. Inc. *Angelorum ministerio lex et scriptura maxima ex parte accepta ab hominibus.* Des. littera R. *Respectus uel relatio in Deo; 24, dist. 2, quaest. 2. Henricus et hic car. 10, B.* Hic secundus index fortasse compactoris culpa non est ordine alphabetico dispositus; litteram V ex. gr. invenies in f. 350 post litt. A.

Scriptura ac tegumentum uti in cod. 617.

625. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 181 × 146, ff. 145.

Iacomini Iul. Caes. pisaurensis, can. regul. ⟨lateran.⟩, praelectiones in varia Scripturae verba et in quaestiones theologicas; Christus est Deus, italice.

1. Quaestiones. [1] (f. 2ᵛ) ⟨de Deo⟩ inc. *Recte Pithagoras de Deo sine lumine loqui praesumat asseritur - lumen ab Hebreis,* [2] (f. 5) Deus unus et trinus, [3] (f. 5ᵛ) in Deo numerus et mensura, [4] (f. 9ᵛ) inter materiam et Deum discre-

pantia et convenientia, [5] (f. 11v) de aquae, ignis et aeris sacramentis, [6] (f. 13v) lapides quid notent sacramenti, [7] (f. 14v) arborum sacramenta, [8] (f. 15) quomodo oculi Deo, [9] (ibid.) aures Domino, [10] (f. 15v) brachia Domino, [11] (ibid.) ubera Domino, [12] (f. 16) metalla quae sacramenta aperiant, [13] (f. 16v) aes et ferrum quae sacramenti habeant, [14] (f. 17) quid sacramenti plantae, [15] (f. 19) quid planities in sacris litteris, [16] (f. 20) quid montes afferant sacramenti, [17] (f. 27) quid frugifera terra, [18] (f. 29v) quid aqua et mare, [19] (f. 32) quid fontes, [20] (f. 33) quid flumina et canales, [21] (f. 34v) quid piscina, lacus et stagna, [22] (f. 36v) quid mare rubrum, [23] (f. 38) quid nubes et pluvia, [24] (f. 40) quid ros et pruina, [25] (f. 42) quid grando et nix, [26] (f. 44) quid glacies et crystallus, [27] (f. 44v) de paradiso terrestri, [28] (f. 50) quid vinum, lac, butirum et mel, [29] (f. 50v) quid vitis et vinea, [30] (f. 51) quid capreae, cervi et hinnuli, [31] (f. 52) oves et pastores, [32] (f 53) quid animalia et plantae, et pisces mundae et immundae, [33] (f. 55v) quid Hierusalem, templum et Sion, [34] (f. 56v) quid Aegyptus, Babylon, Damascus, [35] (f. 57) quid Arabia, Sina et Mesopotamia Syriae, [36] (f. 59) quid Amalecitae, Moab, Amos et Philistim, [37] (f. 61) Christum esse verum Dominum, [38] (f. 62v) cur in domo Iacob non Abraham vel Isaac praedixit angelus Christum regnaturum cum utrisque fuerit facta repromissio, [39] (f. 67) christiani Christi indumentum, [40] (f. 67v) sub quibus plagis caelestibus tribus illae apostolicae distributae, [41] (f. 69) in quot trigonos caeli distincti sint, [42] (f. 70v) in quibus provinciis et quibus signis subiectis praedicaverit unusquisque apostolus, [43] (f. 72) de iudiciis Dei imperscrutabilibus, [44] (f. 80) quare Paulo apost. nulla fuerit assignata particularis tribus, [45] (f. 81v) in positione tribuum et apostolorum non servatur idem ordo, [46] (f. 84v) quomodo respondent 12 tribus Israel signis caelestibus, [47] (f. 86v) concordia benedictionum filiorum Iacob cum duodenis populis, quibus praedicaverunt 12 apostoli..., [48] (f. 88v) benedictiones Issacar et Zabulon cum populis et signis eorum, [49] (f. 90v) benedictio data Iehiuda etc., [50] (f. 93v) de Simeon et Gad, [51] (f. 96) de Effrahim, Manasses et Beniamin, [52] (f. 99) de Dan, Asser et Nephtalim, [53] (f. 102v) de castrametatione circa tabernaculum foederis, [54] (f. 106) de Christi regno sempiterno, [55] (f. 108) quae munera sacerdotis et quod Christus omnia exhibuit, [56] (f. 110v) Christus sacerdos iureiurando, [57] (f. 112) ... secundum ordinem Melchisedech, [58] (f. 113v) Christum medium, [59] (f. 114) Christus vera arbor in medio paradisi, [60] (f. 115) persona in divinis media quam aptissime coniuncta fuit humanae naturae *media* (!) omnium naturarum, [61] (f. 116) quomodo ex illa arbore scientiae boni et mali inductum sit peccatum et malum in mundum, [62] (f. 118) Christus in hac vita semper oblectatus esse medium, [63] (f. 119) egressio quotuplex des. *ad praeceptum Domini implendum si eiicis nos mitte nos in porcos, at ille ite, et exeuntes abierunt in porcos.* **2** (f. 120). *Prove diverse*

che Cristo sia Dio et il vero Messia. Inc. (f. 121): *Sono tanto manifeste le scritture antiche, tanto chiare che prenuntiano l'auenimento del Messia, la diuinità sua, il tempo.* Des. *Ancora si deue notare del tempo* ⟨di⟩ *quella prophetia adhuc modicum est et ueniet desideratus cunctis gentibus, considerare bene quel modicum...*

Scriptura ac tegumentum uti in cod. 617.

626. Saec. XV, membran., mm. 144 × 105, ff. XIV. 348.

Expositio in symboli apost. verba: Credo - et invisibilium variis dissertationibus comprehensa.

1 (f. I). De veritate et firmitate christianae fidei. Inc. *Nunc autem manent fides, spes, caritas... Et obmissis spe et caritate de christiane fidei firmitate ac veritate contra omnes infideles et hereticos.* Des. *et in ea usque in finem perseuerare ille nobis concedat, qui eam tot veritatibus approbans sine fine viuit et regnat. Amen.* Laudatur praeter patres, theologos et auctores antiquos (f. XII) *Ioannes Boccacius, de casibus virorum illustrium lib. VII.* 2 (f. 1). Tractatus de fide seu credo. Inc. *In quo vel super quo verbo apostolici symboli, quoniam, ut dicit Augustinus in libro de verbis Domini, nulle maiores diuitiae, nulli thesauri, nulli honores.* Des. *et sensum aliarum rerum iam declaremus;* in hoc et in inferioribus libellis inter patres, ethnicos scriptores et christianos laudatur *Dantes* et (f. 7ᵛ) *Vindotius* (!); pracit prooemium: *Cupiens labori pariter ct curiositati nostri temporis prouidere ac multorum librorum a me abdicare sarcinulas... ad rudimentum neophytorum quam predicatorum instantiam... Nomen uero ut iactantie uicium non incurram... non pono - bona uero Dei bonitati ascribant exoro.* 3 (f. 41). De Deo (in ms. *In Deum*). Inc. *Est etiam ulterius aduertendum quod in predicto uerbo ultra significationem uiue fidei.* Des. *et hec de paternitate Dei ad nos in presentiarum dicta sufficiant.* 4 (f. 56). De praedestinatione. Inc. *Verum quoniam ex predictis apud parum intelligentes.* Des. *quod potest esse thema in materia predestinationis.* 5 (f. 78ᵛ). De reprobatione malorum. Inc. *Verum quia proponere uolenti principio verbum Dei necessarium est quoslibet errores de cordibus audientium pro uiribus suis ad plenum evacuare.* Des. *ad tartarea regna perducit. A quibus nos Christus pietate sua liberare dignetur et ad veram penitentiam perducere. Amen.* 6 (f. 92). De adversitatibus bonorum (titulum desumpsi ex indice). Inc. *Patet igitur ex predictis Deum uere patrem esse omnium creaturarum.* Des. *Abraam uelle amplius laborasse et substituisse. Amen.* 7 (f. 100). De prosperitatibus malorum (in ms. *Quare mali prosperantur in mundo*). Inc. *Sin autem queras nunc 2º cur malis et a Deo reprobatis hominibus tot bona.* Des. *Vt est in fine tractatus de ineffabilitate Dei.* 8 (f. 124ᵛ).

De misericordia Dei. Inc. *Quartum nomen essentiale, adiectivum, quod predicatur de Deo, vocatur misericordia.* Des. *Et hec pauca de misericordia Dei dicta sufficiant.* **9** (f. 143). De iustitia seu ira Dei. Inc. *Quintum nomen essentiale, adiectivum, quod predicatur de Deo, vocatur iustitia. Et hoc est etiam vulgatissimum apud omnes.* Des. *Ad laudem ipsius et utilitatem animarum sit semper, quia soli Deo honor et gloria in secula etc.* **10** (f. 163). De creatione rerum (in ms. praeit verbum symboli *Creatorem*). Inc. *Postquam b*<eatus> *P*<aulus> *in hoc primo articulo Deum nobis predicauit.* Des. *Et hec de creatione rerum in generali pro nunc dicta sufficiant.* **11** (f. 181). De caelis (in ms. praeit *Celi*) Inc. *postquam b. Paulus in superiori uerbo generaliter praedicauit Deum.* Des. *Hec igitur de celis et corporibus eorum ad presens dicta sufficiant recordare.* **12** (f. 191v). De terra (in ms. *et terre*). Inc. *Postquam beatus Paulus in superiori uerbo materiales* (!) *cause creatorum unam partem.* Des. *Et hec de corporali machina mundi celesti atque terrena dicta sufficiant.* **13** (f. 193v). De rebus visibilibus (in ms. *Visibilium omnium*). Inc. *Insuper etiam advertendum quod hec duo uerba scilicet visibilium.* Des. *preterita recordare.* **14** (f. 200). De angelis. Inc. *Secundum in ordine inuisibilium creatorum licet primum in dignitate.* Des. *Et in presentiarum de angelis dicta sufficiant.* **15** (f. 226). De angelis apostaticis. Inc. *Verum quia et demones angeli sunt licet mali.* Des. *tertia nuncupatur obsessio.* **16** (f. 244). De temptatione. Inc. *Prima vocatur in ordine temptatio.* Des. *A quibus nos liberet Christus Yhesus, qui cum Patre et Spiritu sancto etc.* **17** (f. 275v). De anima rationali. Inc. *Tertium autem principale in ordine inuisibilium creaturarum est humanus spiritus...* Des. *Nunquam vilius sterquilinium inuenisti.*

Ff. 339-348. Indices rerum et auctorum (saepe laudatur Dantes).

Codex littera currenti fortasse ab ipso auctore scriptus titulos atque initiales minio pictas praefert. F. XIV vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

627. Saec. XV, chart., mm. 215 × 140, ff. 98.

Spina e Rosa; **Domenico Cavalca** cantio italica, quam *serventese* vocant, de patientia.

1 (f. 1). Spina e Rosa <seu de vitiis ac virtutibus, libri 1-2>. Liber I inc. *Spina e Rosa è chiamato questo libro poichel tracta del uitio* <e> *dele uirtù del bene e del male; che commo la spina pongie, morde e ancide, così el peccato e il uitio pongie el core, morde la conscientia.* Des. *potendolo fare comodamente et secondo la sua possibilitade;* praeunt capita 1-31, cap. I: *Et prima del male in gene-*

rale, 2: *Della difinitione del peccato* - cap. 31: *Del numero de li peccati;* (f. 52^{r}) lib. 2 inc. *Così commo el nostro signore Yhesu Christo cioè Idio non descendette del cielo per la sua essentia pero che non se po mutare* des. *non seria per charita ma per odio. Amen. Deo gratias;* praeeunt capita 1-41, cap. I: *Della gratia de Dio,* 2: *De la distinctione delle gratie* - cap. 41: *Delli XII consegli in spetie.*

2 (f. 97^{r}). ⟨Dom. Cavalca cantio de patientia⟩ *serventese: Chi uole inprendere dauere paciencia* (cf. *Indice delle carte di P. Bilancioni,* in *Propugnatore 1890, parte II,* p. 185, n. 11).

Codex littera rotunda scriptus titulos praefert rubros, initiales maiores minio ac lineis violaceis ornatas. In imis margg. antiquorum numerorum reliquiae minio scriptae singulis duodenis foliis.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et F. X. de Zelada card. bibliothecarii.

628. Saec. XV, chart., mm. 220 × 141, ff. 191.

⟨De virtutibus et vitiis, capita 1-131, ordine alphabetico⟩. Cap. I, *de abstinentia,* inc. *Duplex est abstinentia detestabilis et laudabilis, detestabilis ut ypocritis, auaris, gulosis, ypocrita abstinet ut laudetur.* Cap. 131, *de vita aeterna,* des. *quae praeponit Deus electis suis ad quam perducere dignetur, qui uiuit et regnat* (idem opus habes apud Valentinelli, Bibliotheca ms. ad s. Marci Venetiarum, Venetiis 1868, 2, p. 177).

F. 183. *Adaptationes omnium sermonum in hoc libello contentorum, prout competunt sabatis, dominicis et feriis totius anni.* Inc. *Pro sabbatis ad vesperas* « benedictus Dominus Deus » *capitulo: quare benedicendus est Deus.* Des. *In sancti Martini* « militia vel tentatio est vita hominis » *capitulo: de tentatione.*

F. 187. Capitum index: *I de abstinentia. II de adulatione. III de ambitione* - cap. *CXXIX de veritate. CXXX de vivendo. CXXXI de vita eterna.*

F. 189^{v}: *Explicit liber qui uocatur de abstinentia scriptus a domino Rodulfo de ciuitate Eugubij. Anno Domini M.*

Codex littera rotunda transcriptus fortasse est (cf. f. 189^{v}) e codice saec. X a Rodulpho quodam scripto, nisi eo nomine libri auctorem significatum malis.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

629. Saec. XVII, chart., mm. 193 × 133, ff. XXII. 118 (+ $68^{a\,b}$).

Verdeselli Francesco, *minore osseruante, libro secondo dell'amore spirituale da inserirsi nelli serenissimi cuori delli precipi d'Urbino d. Federico II et d. Claudia sua consorte etc.* Cap. I. (f. 1) inc. *Ancorchè, serenissimi principi, appresso all'altezze vostre serenissime come appresso principi, per gratia del grande*

Iddio catolichissimi, parerà frustatorio il mostrar loro. Cap. XXIV des. *almeno per il premio, mentre dice nella sua apocalisse: Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vitae; quod faxit Deus in secula seculorum. Amen;* infra: *Remitto haec omnia iudicio sanctae romanae ecclesiae;* praeeunt [1] (f. VI) auctoris dedicatio: *Alle serenissime altezze di d. Federico e di d. Claudia... salute e felicità: Essendo, serenissimi principi, cosa certissima, come da dotti si tocca con mano, che l'amore spirituale - faccio loro humilissima riuerenza: stiano felici. Di S. Giov. Battista del Barco di Casteldurante;* [2] (f. X) *Agli humanisssimi lettori salute. Sebene la carità, humanissimi lettori, ci sforza di giovare a tutti - et si da il modo;* [3] (f. XII) titulus iteratur cum divisione operis; [4] (f. XIII) *Tavola dei capitoli...* Cap. I: *Che il marito e la moglie habbino uicendeuolmente amarsi si prova con auttorità.* Cap. XXIV, ult.: *Che il marito e la moglie habbiano amarsi tenacemente... congiunta in santo marituggio;* [5] (f. XX) Felici Pirro all'*autore,* versus I-VI: *Se 'l pallor del tuo uolto - Che fauille d'amore.*

Codex littera currenti scriptus his ornamentis calamo delineatis distinguitur. **1.** In tegumenti pag. aversa scutum duas manus inter se implicatas praeferens cum inscriptione: *Amoris signum;* 2 (f. V) idem scutum cum inscr.; *Distrahemur nunquam;* 3 (f. XII) iteratur idem scutum cum inscr.: *Et erunt duo in carne una;* 4 (f. XX) Seraphim caput; 5 (f. 68^{a}) duo quercus rami cum corona et inscr.: *Semper immola;* 6 (f. 112) duo quercus rami una implexi, in medio aquila coronata, sursum taenia cum inscr.: *Renouabitur ut aquilae iuuentus tua. Sal. 102;* 7 (f. 113) scutum mediceum cum inscr.: *Dentur digniori;* 8 (f. 118) duae manus implexae cum inscr.: *Amoris fructus.* Multa folia vacua sunt.

In tegumenti, ornamentis aureis decorati ac vittis clausi, pagina anteriore scutum in duas partes divisum feltrense et roboreum, in pagina posteriore scutum in tres partes divisum, nempe feltrense, roboreum et mediceum.

630. Saec. XIV, membran., mm. 178 × 127, ff. 72.

Pharetra, auctoritates et dicta doctorum, philosophorum et poetarum... de vitiis et virtutibus... in compendium redactum. Inc. *In conuersionis mee primordio cum ob mentis recreationem auctoritates sanctorum legerem et legens uarias corruptiones perciperem placuit mihi... ad ipsum fontem originalium recurrere.* Des. *Si uero fuerit malus ad omnia que noluerit cogetur, et ab omnibus que uoluerit prohibebitur.* Infra rhytmus: *Aue stella maris / que mundi lux nominaris / semper solaris / miseros et auxiliaris. Explicit pharetra Deo gratias* (Fricz Crussner, Norimbergae, Hain, Repert. bibliograph., n. 12909).

Codex duabus columnis scriptus titulos ac initiales praefert rubricatas.

Simplici membrana contectus saec. XVI-XVII.

631. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 211 × 155, pagg. II. 218.

Bibliographia historica.

Codicem, qui antiqui indicis urbin. nn. 518, 519 convenire potest, *MCCCCLXXI diuo principi Federico Monfel. Urbini comiti, qui postea dux a Sixto pont. 4° creatus est, ego Federicus Veteranus urbinas transcripsi: et hic liber fuit primus, qui alios complures transcribendi causam dedit et tanti principis liberalitatem mihi conquisiuit; cum in dies pulcriora conscripserim et minio decorauerim.* Tituli atque initiales maiores tum rubra tum caerulea; initiales maximae aureae coloribus ornatae sunt. Folii 3 quatuor margines coloribus, avibus, leone, quinque pueris aligeris, quorum duo in margine inferiore sustinent coronam lauream; in media corona tessera gentilicia cum duabus aquilis ac litterae C⟨omes⟩ F⟨ridericus⟩; in margine dextero fridericianum emblema ventosa, quod vulgo *coppetta*. Ff. 1, 2^{v}, 137, 138 vacua sunt.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

652. Saec. XV, membran., mm. 266×182, ff. 142.

P. Terentii afri comoediae I-VI. 1 (f. 2). ⟨Andria⟩; praeeunt [1] (ibid.) epitaphium (cf. cod. 651), [2] (ibid.) ⟨Apollinaris periocha⟩ (in ms. *argumentum*), [3] (ibid.) ⟨prologus⟩. 2 (f. 25). ⟨Eunuchus⟩; praeeunt [1] (f. 24^{v}) ⟨argumentum⟩ (cf. cod. 651), [2] (ibid.) ⟨prologus⟩. 3 (f. 50). ⟨Heautontimorumenos⟩; praeeunt [1] (ibid.) ⟨Sulpici Apollinaris periocha⟩, [2] (ibid.) ⟨prologus⟩. 4 (f. 75) ⟨Adelphi⟩; praeeunt [1] (f. 74^{v}) ⟨Apollinaris periocha⟩, [2] (ibid.) ⟨prologus⟩. 5 (f. 98^{v}). ⟨Hecyra⟩; praeeunt [1] (f. 97^{v}) ⟨Apollinaris periocha⟩,

[2] (ibid.) ⟨prologus⟩, [3] (ibid.) subnectitur ⟨L. Ambivius, prologus⟩. 6 (f. 118^v). ⟨Phormio⟩; praeeunt [1] (f. 118) ⟨Apollinaris periocha⟩, [2] (ibid.) ⟨prologus⟩.

I. F. 1^r, manu saec. XVI in., ⟨Petrarca cantus I, *trionfi*, versus 1-9⟩.

II. F. 142^v (eadem manu) cantiunculae vulgo *strambotti*. I: *Quando mi vedrai in quella oscura fossa* (Inter *Opere... Aquilano*, Firenze, Giunta 1516, n. 500). II: *Quel caualier gentil l'alma m' ha tolto - Sello ascoltasse el duol che mi tormenta.*

Codex litteras initiales maiores habet aureas lineis et coloribus, maximas pariter aureas convolvulis et coloribus decoratas. Tituli et personarum nomina, praeter quam in prima comoedia, desunt. Folii 2 margines auro, coloribus, convolvulis, psittacis, lepore, pueruli ornati sunt; in medio margine inferiore spatium vacuum ad excipiendam emptoris tesseram gentiliciam. F. 1^v, 142^r vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

653. Saec. XV, membran., mm. 230 × 153, ff. 128.

Publii Terentii afri comoediae I-VI. 1 (f. 2). Andria, praeeunt [1] (f. 1) epitaphium (cf. cod. 651); [2] (ibid.) prologus; [3] (f. 1^v) ⟨Sulpici Apollinaris periocha⟩ (in ms. *argumentum*) exitus fabulae uti in cod. 651. 2 (f. 23^v). Eunuchus; praeeunt [1] (f. 22^v) ⟨Apollinaris periocha⟩; [2] (ibid.) argumentum (uti in cod. 251); [3] (ibid.) prologus... 3 (f. 47). Heautontimorumenos; praeeunt [1] (f. 46) ⟨Apollinaris periocha⟩ (in ms. *argumentum*); [2] (ibid.) prologus. 4 (f. 68^v). ⟨Adelphi⟩; praeeunt [1] (f. 68) *Acta ludis funeribus* (!) - *edilibus*, [2] (ibid.) ⟨Apollinaris periocha⟩ (in ms. *argumentum*), [3] (f. 68^v) prologus. 5 (f. 90^v). Hecyra; praeeunt [1] (f. 89) ⟨Apollinaris periocha⟩ (in ms. *argumentum*); [2] (f. 89^v) prologus; [3] (90^v). *Acta ludis romanis - hedilibus corulibus.* 6 (f. 108). Phormio; praeeunt [1] (f. 107) *Acta ludis romanis - M. Valerio consulibus;* [2] (ibid.) ⟨Apollinaris periocha⟩ (in ms. *argumentum*); [3] (ibid.) prologus.

Codex, duabus manibus exaratus, numeris 518-519 antiqui indicis convenire potest. Prima manus ff. 1-50, secunda aliquanto posterior, quae folio 126^v subscribitur: *Io*⟨annes⟩, ff. 51-126^v. Tituli rubri, initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae aureae convolvulis et coloribus ornatae sunt. Folii 1 margines lineis, globulis aureis, vase cum floribus, lepore decorati sunt. In marg. inf. duo pueruli aligeri hinc inde adstant coronae laureae, in media corona tesseram gentiliciam Friderici Urbini ducis, superimposita corona aurea, decorant quatuor aquilae nigrae, claves ac tiara pontificia. Ante prologum (f. 1) in tabella manu italica picta adolescentuli imago clypeata puellae caryophyllon offerentis. In alia tabella (f. 22^v) ante argumentum, quod inc. *Meretrix*, imago clypeata fortasse huius conditionis mulierculae. Ff. 127, 128 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

654. Saec. XVI, chart., mm. 220 × 163, ff. 24.

Nursini Antonio *da Pesaro il Menemo, comedia antica di Plauto tradotta in uolgare.* Inc. *Salute primieramente, spettatori, a uoi et a medesimo anuncio. Apportoui Plauto con la lingua non con le mani.* Des. *Hora spettatori restate in pace e siatene del uostro applauso liberali;* praeit auctoris epist. dedicationis: *All'illmo et eccmo signore il signor Guidubaldo secondo Feltrio della Rouere, duca quarto d'Urbino: L'intelletto mio, conoscendo la sua debolezza, e non uedendosi cossì maturato ch'ei possa mostrar' se stesso - e le bascio humilmente le mani... Humilissimo e deuotissimo suddito Antonio Nursini.*

Ff. 1v, 2 vacua sunt.
Tegumenti opercula simplici membrana obducta sunt saec. XIX.

655. Saec. XV, membran., mm. 252×171, ff. 135.

⟨Macci⟩ Plauti (in ms. *P... Asinii*) comoedіae I-VIIII. [1](f. 1). Amphitruo. [2](f. 20v). Asinaria. [3](f. 37). Aulularia usque ad v.... *nunquam hinc feres a me.* [4](f. 51v). Captivi. [5](f. 68v). Curculio. [6](f. 81). Casina. [7](f. 95v). Cistellaria. [8](103v). Epidicus. [9](f. 115). Menaechmi (in ms. *Menechinus*); in margg. Epidici et Menaechmi nonnulla scholia, quae interdum subscribuntur litt. *n.*

Codex fortasse in Italia superiore scriptus titulos praefert rubros, initiales autem maiores tum rubras tum caeruleas lineis ornatas, initiales maximas auro coloribusque rudi manu illitas. Folii 1 quatuor margines eadem manu ornati sunt rosis, auro, coloribus, tessera gentilicia familiae Visconti mediolanensis, qua etiam prima littera initialis decorata est. Ff. 132v-135 vacua sunt.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

656 (olim 804, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 279×185, ff. II. 138.

M. Annaei Lucani (in ms. ... *cordubensis*) ⟨de bello civili⟩ libri I-X; praeit Epitaphium Lucani (Baehrens, poetae lat. min., Lipsiae 1883, 5, p. 386).

Codex, qui convenit n. 495 antiqui indicis urbin., titulos praebet rubros, initiales maximas aureas surculis et coloribus ornatas; emendamenta sunt manu eiusdem librarii. In f. 1v corona laurea, taeniis et globulis aureis decorata, una cum titulo codicis. Folii 2 tres margines floribus, lineis, globulis aureis, surculis, coloribus, avibus decorati sunt; in marg. inferiore duo pueruli aligeri exhibent coronam lauream, in qua tessera gentilicia urbinas una aquila praedita ac litt. F⟨ridericus⟩ C⟨omes⟩. Ff. I, II, 1r, 136v-138 vacua.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Innocenti XII ac Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

657 (olim 826, cf. tegumenti dorsum), saec. XV, membran., mm. 265 × 168, ff. II. 163 (+ 98^{a}).

Claudii Claudiani carmina. **1** (f. 2). In Rufinum libri 1-2 cum praefationibus (Birt, Claudii Claudiani carmina, Berolini 1892, p. 17-53). **2** (f. 18). Fescennina 1-4 (l. cit., p. 119-124). **3** (f. 20). Epithalamium de nuptiis Honorii Aug. cum praefatione (l. cit., p. 125-139). **4** (f. 26). De bello gildonico (l. cit., p. 54-73). **5** (f. 35). De consulatu Stilichonis libri 1-3 (l. cit., p. 189-233). **6** (f. 56). Panegyricus de sexto consulatu Honorii Aug. (l. cit., 234-258). **7** (f. 67^{v}). In Eutropium libri 1-2 (l. cit., p. 74-118). **8** (f. 87). Panegyricus de tertio consulatu Honorii Aug. (l. cit., p. 140-149). **9** (f. 91). Panegyricus de quarto consulatu Honorii (l. cit., p. 150-174). **10** (f. 101). Panegyricus dictus Manlio Theodoro cons. (in ms. *de II cons. Theodosii*; l. cit., p. 175-188). **11**. Carmina minora (in ms. *Epigrammata et alia quaedam*). [1] (f. 107) 33-39 (ed. cit., p. 331-333), [2] (f. 107^{v}) 40-51 (l. cit., p. 333-341), [3] (110^{v}) 53 (l. cit., p. 341-346), [4] (f. 112^{v}) 10-13 (l. cit., 291-292), [5] (f. 113) 22 (l. cit., p. 298-300), [6] (f. 114) 20 (l. cit., p. 296-297), [7] (f. 114^{v}) 27 (l. cit., p. 311-315), [8] (f. 116) 29 (l. cit., p. 317-319). **12** (f. 117) ⟨De bello pollentino seu gothico⟩ (in ms. *liber XIIII qui epigrammata praeire debet*) (l. cit., p. 259-283). **13**. Carmina minora alia (in ms. *Haec coniungi cum praecedentibus epigrammatibus debent et omnia simul post XIIII librum ordinatim poni*). [1] (f. 128^{v}) 32 (l. cit., p. 330-331), [2] (ibid.) 31 (l. cit., p. 328-329), [3] (f. 129^{v}) 30 (l. cit., p. 319-327), [4] (f. 133^{v}) 2 (l. cit., p. 287), [5] (f. 134) 4 (l. cit., p. 288), [6] (ibid.) 6-9 (l. cit., p. 289-291), [7] (f. 135^{v}) 13-19 (l. cit., p. 292-296), [8] (f. 137) 21 (l. cit., p. 297), [9] (f. 137^{v}) 23-26 (l. cit., p. 300-311), [10] (f. 141^{v}) 28 (l. cit., p. 315-317). **14** (f. 142^{v}). De raptu Proserpinae libri I-II (l. cit., p. 349-377). **15** (f. 153^{v}). ⟨Panegyrici de sexto consulatu Honorii praefatio iterum⟩ (l. cit., p. 234-235). **16** (f. 154). De raptu Proserpinae liber III usque ad v. 437 (l. cit., 377-393). **17** (f. 160). Alia manu additi sunt versus 141-213 libri primi de raptu Proserpinae, quos omiserat scriba prior (l. cit., p. 355-358).

Codex, qui convenit n. 496 antiqui indicis urbin., paucissimos titulos rubros praefert, litteras initiales maiores tum caeruleas tum rubras, intiales maximas aureas lineis coloribusque ornatas. In f. 1^{v} figura rectangularis formae auro et coloribus satis cospicua, in media figura titulus codicis litt. aureis et nigris. Folii 2 tres margines rosis, aliis floribus, globulis aureis decorati, in marg. inferiore corona laurea cum aquila nigra, ungulis tesseram gentiliam una aquila distinctam gestante, hinc inde duo pueruli. Ff. I, II, 1^{r}, 161^{v}-163 vacua. In margg. correctiones manu scribae posterioris.

Tegumentum codicis aequale e corio subrufo fibulis detractis.

658. Saec. XV, membran., mm. 251 × 163, ff. 87.

Iuvenalis et Persii satirae.

1 (f. 2). Iuvenalis satirarum libri I-V cum nonnullis scholiis rubricatoris manu, in quibus laudantur Cicero, Vergilius, Ovidius, Priscianus, Rex (ff. 46^{v} et 52. 65^{v}), iurista quidam.

2 (f. 74). Persii (in ms.... *Volaterrani*) satirarum liber.

Codex, in indice antiquo urbin. fortasse n. 513 distinctus, titulos praefert rubros, initiales maiores tum caeruleas tum rubras, initiales maximas aureas coloribus ornatas. In f. 1^{v} corona frondibus aureis intexta, circulis, floribus, globulis aureis ornata, in qua titulus codicis litteris aureis. Folii 2 tres margines floribus et globulis aureis decorati sunt, in marg. inferiore duo angeli sustinent coronam lauream, in qua tessera gentilicia in quatuor partes divisa, in I et IV binae aquilae nigrae in campo aureo, in II et III bini leones erecti, florem cum caule unusquisque ungulis stringens in campo caeruleo. Ff. 1^{r}, 73^{v}, 86^{v}. 87 vacua sunt; in margg. notabilia signantur.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

659. Saec. XV, membran., mm. 231 × 158, ff. 84.

Iuvenalis et Persii satirae; **Ovidii** epistola Sappus.

1 (f. 1). Iuvenalis satirarum libri I-V, sed in cod. satira XVI ante XV locum habet et in nonnullis satiris insunt glossae inter lineas.

2 (f. 69). ⟨Ovidii⟩ epistola Sapphus.

3 (f. 73). Persii satirae I-VI; clauduntur subscriptione: *Explicit ignotus per cunctum Persius orbem* (de qua cf. Ramorino, *Le satire di A. Persio Flacco illustrate*... Torino 1905, p. XXI, n. 1).

Codex, qui fortasse convenit n. 510 antiqui indicis urbinatis, titulis caret; initiales autem maiores tum caeruleae tum rubrae praeter duas priores, quae aureae ac surculis et coloribus ornatae sunt. Folii 1 quatuor margines surculis, coloribus; globulis aureis decorati sunt; in marg. inferiore corona laurea a duabus avibus rostris sustentata, in media corona tessera gentilicia, aquilis quatuor, vexillo pontificio, corona litt. F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ praedita, decorata est. Ff. 68, 84^{v} vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

660. Saec. XV, membran., mm. 249 × 161, ff. 84.

Iuvenalis et Persii satirae.

1 (f. 2). Iuvenalis satirarum libri I-V, satira XVI ante XV.

2 (f. 72). Persii (in ms. *Volaterrani*) satirarum liber.

Codex, quem nescio cui numero conveniat antiqui indicis urbin. (cf. nn. 510-513) titulos praefert rubros; initiales autem maiores aureae lineis et coloribus, maximae item aureae

surculis et coloribus decoratae sunt. In f. 1v corona laurea lemniscata duobus circulis aureis ornata, in media corona titulus codicis litt. aureis. Folii 2 tres margines coloribus, surculis, avibus ornati sunt; in marg. inferiore duo puelli aligeri sustinent tesseram gentiliciam urbinatem una aquila praeditam. Ff. 1r, 84v vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

661 (olim 811, cf. f. 1r). Saec. X, membran., mm. 276 × 182, ff. IV. 136 (— f. 61 omisso).

1 (f. 2). **Iuvenalis** satirae I-XVI cum glossa interlineari et scholiis. Prima glossa « auditor » *inspector* « reponam » *respondebo* « vexatus tociens rauci Theseide Codri » *scilicet cum sim hic prouocatus alias periclitatus male canentis;* (f. 1v) praeit Iuvenalis vita I (apud Iahn, D. Iunii Iuvenalis saturarum libri V cum scholiis etc., Berolini 1851, p. 386 387); in f. 60v scripti sunt versus satirae VI 156-215, quos librarius transegerat, cf. f. 20, in quo nota librariii: *hoc quod hic deest require in fine libri.*

2 (f. 62). Scholia in Iuvenalem usque ad sat. VIII (in ms. *Probus* et manu saec. XV *Probi expositones;* de codice ac de scholiis cf. Hosius, Symbola ad poetas latinos, *Rheinisches Museum,* 1891, p. 287 sqq.). Inc. *Cum omnes luxuriarentur in scribendis libris,* abrumpuntur scholia in sat. VIII v. 227 *sed etiam a peregrinis qui fatum iudicat esse turpissimum.* « Maiorum effigies » *mos fuit olim...* infra alia manu: *Desunt multa.*

3 (f. 134). Fragmenta scholiorum in sat. XI, incipiunt: *Haec satira alloquitur quendam nomine Persicum* desinunt imperfecte ad v. 63 vv.: « alter Aeneas » *idest Aeneas qui in Numicium flumen lapsus post...* sed f. 134v mucore corruptum vix aut ne vix quidem legi potest.

Codex fortasse convenit n. 512 antiqui indicis urbin. In f. IIIv additus est, saec. XV, circulus corona laurea, floribus, fructibus, globulis aureis ornatus, in media corona titulus erratus: *In hoc codice Iosephi libri duo de vetustate Iudaeorum in 'Appionem grammaticum continentur.* In f. IV saec. XV: *Curiae Vrbini.* In f. IVv: *Iunius Iuvenalis cum Probi expositione.* In f. 1r calami probationes. Ff. I, II, IIIr, IV, 135, 136 vacua.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

662. Saec. XV ex. (cf. f. 342v), chart., praeter ff. II et 1-10, membran., mm. 280 × 194, ff. II. 344.

Ioannis Baptistae Cantalicii in Iuvenalis satiras interpretatio. Inc. (f. 6v) « Semper ego auditor ». *Ex omnibus somniis quae interpretes, quos supra commemoraui, enarrauerunt illud quidem perridiculum est.* Des. « Non omne ». *Quia fabis abstinuit, vescebaturque itaque holeribus. Vnde dixit quam culti villicus horti*

unde epulum possis dare centum pythagoreis. Clauditur subscriptione: *Absolutum Perusiae I°CCCC°LXXXVIII°. Die XXVI[a] mensis Iulij; ibi eodem Cantalycio publice profitente. Editum autem Viterbji ICCCC°LXXXXII;* praeeunt [1] in Cantalicium hexasticha [a] (f. 1[v]) Pomponii Laeti: *Fertur ab aeoo iam mitis - aura uocat,* [b] Petri Marsi: *Quae fuerant quondam - Iuuenalis opus,* [c] Sulpitii Verulani: *Certant innumerae - scripta legas,* [d] Augustini Almadiani viterbiensis: *Dicere quae uoluit - omne meus;* [2] (f. 2) Cantalicii dedicatio Guido Urbini duci, quae inc. *Inter pietatis misericordiaeque officia, illustrissime Guide Vrbini princeps dignissime, illud profecto esurientes scilicet pascere* ac des. *Non enim potuit angusta facultas huic muneri tuo, ut decebat, membrana uolumina suppeditare. Vale.* [3] (f. 4). *De satyra unde sit appellata: Cum ergo satyras simus expositori, antequam ad expositionem deueniamus - et poetae uitam sexdecim nostris uersibus enarrauerimus.* [4] Cantalicii epigrammata [a] (f. 5[v]) ad romanos poetas: *Vates qui latiam* (ed. Venetiis, per Matheum Capcasam, 1493, f. d V), [b] (ibid.) ad Pomponium: *Redde vicem nobis* (l. cit., f. g V), [c] (f. 6) ad Petrum Marsum: *Tu quoque redde vices* (l. cit., f. g V), [d] (ibid.) ad Sulpitium: *Sulpiti quoniam legimus* (l. cit., f. g V[v]), [e] (ibid.) ad Volscum: *Volsce nisi meritae* (l. cit., f. g V), [f] (ibid.) Iuvenalis vita: *Hic est ille tibi Satyrus* (l. cit., f. l III). Sequuntur [a] (f. 343) Alexandri Arguli phaleucii: *Si debet uenusina musa Acroni,* [b] (ibid.) eiusdem eptastichon: *Ite per ambages Iuvenalis.*

Codex, qui convenit n. 591 antiqui indicis urbin., manu ipsius Cantalicii, uti patet ex nota praesertim folio 136 Cantalicii evidenter addita manu, quae manus librarii simillima est. Tituli et lemmata rubricata, initiales maximae aureae lineis et coloribus ornatae sunt. Folii 2 quatuor margines non indecore candelabris, floribus, delphinis, fructibus ornati sunt; in marg. inferiore corona laurea, in qua tessera gentilicia urbinas cum pontificio vexillo superimposita corona, in 1 et 4 aquila nigra in campo aureo, in 2 et 3 tres aquilae nigrae cum tribus clavis aureis a tribus caeruleis divisis. Descripsit diligenter hunc codicem Zannoni, *Il Cantalicio alla corte di Urbino,* in *Rendiconti d. r. Accademia dei Lincei, serie quinta,* vol. III, Roma 1895, p. 487 in nota, ubi magnam partem dedicationis refert, sed ibi errore typographi codici numerus 622 tribuitur. Ff. I, II, 1[r], 95[v], 96[r], 204[v], 343[v], 344 vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

663 (olim 816, cf. tegumenti dorsum). Saec. XV, membran., mm. 262 × 671, ff. I. 162.

Georgi Merula alexandrini commentarii in Iuvenalis satyras; omnino uti in cod. 348, quem vide; clauduntur subscriptione: *Saturarum Iuvenalis... editae nominatimque dicatae Federico de Montefeltro Vrbini duci invictissimo.*

F. 161. ⟨Merula additiones 1-2 ad commentarium⟩ eiusdem librarii manu: I. De Maecenate supino (sat. 1, v. 66) inc. *Quis fuerit hic signator difficillimum est cognoscere. Ego tamen affirmaverim Domiciani hunc signum habuisse, quo illius epistolas ac diplomata obsignaret* des. *per collationes pecuniarum magno hominum terrore.* II. ⟨De Acilio Glabrione⟩ inc. « Profuit ergo nihil... ». *De Acylio his contentus quae apud Suetonium legeram paucula dixi: mox uero epitoma Dionis nactus* des. *verum feram ipsam certissimo ictu confecit.*

Codex, qui convenit n. 584 antiqui indicis urbin., diligenter exscriptus titulos, primo excepto, aureos, verba autem Iuvenalis ac lemmata rubricata praefert. Litterae initiales pulchrae nigrae et aureae floribus et coloribus decoratae sunt. In f. 5^v corona laurea, in qua aquila nigra coronato capite ante pectus gestans tesseram gentiliciam corona, duabus aquilis, vexillo pontificio praeditam una cum litteris F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩. Folii 6 quatuor margines eleganter coloribus ornati sunt; in dextero et sinistro candelabra aurea, in marginis superioris angulis duo numismata antiqua imitantia; in medio marg. superiore duo satyri iacentes, ictiphallici, manu sustinentes lanceas, manu effictam scidulam cum inscriptione aurea: *Enarratio primae satirae.* In marg. inferiore sinistrorsum bellator (symbolice Fridericus urbinas (?), Mars alter, cf. praefationem Merula), biga a quatuor equis albis vectus, dextrorsum e regione duo equites, scutiferi fridericiani, in equorum enim phaleris litterae DV⟨x⟩, num pictoris *Choretti?*, cf. cod. 326. Ff. I, 161^v, 162 vacua.

Tegumentum urbinatense saec. XV e corio castanei coloris cum lineis auro impressis, fibulis ac duabus tesseris gentiliciis Friderici Vrbini ducis nunc evanidis praeditum.

664. Saec. XV, membran., mm. 257 × 181, ff. II. 170.

Scholia in Iuvenalis et Persii satiras.

1 (f. 3). Variorum scholia (in ms. *Cornuti expositio*) in Iuvenalis satiras I-XV priores. Inc. « Semper » *Bene sic ipse poeta a redargutione poetarum scribere incipit; cum per hoc ostendat quod nulli parcere debeat.* Scholium ult. in sat. XV des. *cum ab omnibus animantibus abstinent, a faba etiam abstinuit propter gurguliones quos generat;* praeit (f. 1) ⟨de Iuvenalis vita ac de satira prologus⟩, qui inc. *Iunius Iuuenalis aquinas idest de Aquino oppido oriundus extitit, qui ad mediam fere aetatem* - ac des. *in prima deca Liuii circa finem. Nunc ad litteram accedamus* (de horum scholiorum auctoribus iudicia confer apud Schanz, *Geschichte der röm. Litteratur,* München 1901, *zweiter teil,* p. 184). 2 (f. 128). Variorum scholia (in ms. *expositio Cornuti*) in Persii satiras (Iahn, Auli Persii Flacci satirarum liber cum scholiis, Lipsiae 1843, p. 245-350); praeit (f. 126^v) *vita Persii* ⟨et enarratio in satiram⟩, quae incipiunt: *Aulus Persius Flaccus natus est pridie nonas decembrium... decessit autem... Natus in Etruria* desinunt: *Satyra igitur a satietate dicta, eo quod plena sit conuitiis et reprehensionibus hominum* (cf. Iahn, l. cit., p. 233 sq.).

Codex, qui convenit n. 583 antiqui indicis urbin., littera currenti scriptus titulos praefert rubros, initiales maximas autem aureas lineis coloribusque, praeter quam in ff. 1 et 3 in quibus auro ac floribus, ornatas. In f. II^v in media corona laurea floribus et auro decorata titulus codicis. Folii 1 tres margines pariter floribus et auro ornati sunt, in marg. inferiore autem aquila nigra sustinet tesseram gentiliciam duabus aquilis praeditam; hinc inde litterae C⟨omes⟩ F⟨ridericus⟩. Ff. I, II, 168^v-170 vacua sunt.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Gregorii XVI.

665. Saec. XV, membran., mm. 268 × 172, ff. I. 61.

C. Vetti Aquilini Iuvenci evangeliorum (in ms. *in quatuor evangeliis*) libri I-IV cum praefatione (Corpus script. eccl. lat., 24, ex recensione Huemer, Vindobonae 1891).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 507 signatur, titulos praebet rubros, initiales maximas aureas lineis coloribusque decoratas. In f. 1^v aediculae forma imperfecta, in qua titulus codicis. Folii 2 tres margines auro, surculis, coloribus, avibus, puerulis aligeris decorati sunt; in marg. inf. tessera gentilicia Urbini ducis quatuor aquilis praedita. Ff. I, 1^r vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

666. An. 1481 (cf. f. 196^v), membram., mm. 270 × 182, ff. 196.

Aurelii Prudentii Clementis carmina. **1** (f. 8) ⟨C a t h e m e r i n o n⟩ liber; praeit (f. 7) praefatio (Dressel, Lipsiae 1860, p. 1-79). **2.** ⟨P e r i s t e p h a n o n liber⟩ hoc ordine iuxta ed. cit. [1] (f. 37^v) 1 (l. cit., p. 301-307); [2] (f. 40) 5 (l. cit., p. 350-371); [3] (f. 46) 2 (l. cit., p. 307-331); [4] (f. 52^v) 11 (l. cit., p. 440-453); [5] (f. 57^v) 13 (l. cit., p. 458-463); [6] (f. 60) 12 (l. cit., p. 453-458); [7] (f. 61^v) 4 (l. cit., p. 340-349); [8] (f. 65^v) 14 (l. cit., p. 463-469); subnectuntur [a] (f. 68^v) versus C o n s t a n t i a e Constantinae filiae in honorem s. Agnetis (De Rossi, Inscriptiones christ., Romae 1888, 2, p. 44-45), [b] (ibid.) versus D a m a s i papae de eadem (Ihm., carmen. n. 84); [9] (f. 69) 3 (Dressel, l. cit., p. 331-340); [10] (f. 72) 6 (l. cit., p. 371-378); [11] (f. 74^v) 7 (l. cit., p. 378-381); [12] (f. 77) 9 (l. cit., p. 383-388); [13] (f. 79) 8 (l. cit., p. 882-383); [14] (f. 79^v) 10 (l. cit., p. 388-440). **3** (f. 103^v). E p i l o g u s, qui tamen inc. a v. 2 (l. cit., p. 486-487). **4** (f. 104). D i t t o c h a e o n (in ms. *Ditrocheus qui continetur in titulis historiarum*) (l. cit., p. 470-485). **5** (f. 108) A p o t h e o s i s (in ms. *versus de sancta trinitate*) versus 1-951 (l. cit., 80-122). **6** (f. 129). ⟨A p o t h e o s i s a v. 952-1084⟩ (in ms. *contra manicaeos* (l. cit., p. 122-127). **7** (f. 132^v). ⟨H a m a r t i g e n i a⟩ (in ms. *adversus Marcionitas*) (l. cit., p. 128-168). **8** (f. 154). Contra S y m m a c h u m libri 1-11 (l. cit., p. 213-300).

Insignem hunc codicem, qui convenit n. 506 antiqui indicis urbin., *Antonius Sinibaldus Florentinus transcripsit Florentiae Anno Christi MCCCCLXXXI. XX No*(vembris). Titulos praefert rubros, initiales maiores aureas lineis coloribusque, initiales maximas pariter aureas lineis, coloribus, globulis aureis affabre decoratas. In f. 1-2^r index operum manu librarii. Titulos peculiares huius codicis nonnullos ed. iam Arevalus (Prudentius prolegomena, M. 59, 629 nota b.) et omnes Dressel (ed. cit., p. LVIII-LIX). In f. 4^v circulus, surculis aureis, angelis, coronam circum sustinentibus, ornatus, in medio circulo titulus codicis. Tota pagina 6^v picta est, in media pagina pictura tabularis; in media tabula s. Paulo genibus flexis truncato capite adstant carnifex, milites equestres et pedestres; in umbra s. Petrus e cruce pendens, campi, urbs, flumen (Tiberis). Margines autem quatuor huius paginae ornati sunt floribus, lineis implexis, bestiis, puerulis, octo circulis, in quibus picti sunt, in margine superiore medio 1 s. Petrus et Paulus ante Neronis tribunal; dextrorsum 2 episcopus librum sinistra, dextera palmam sustinens cum litteris *CIPRIANVS;* sinistrorsum 3 sancta Agnes sinistra ovem, dextera palmam gerens; in medio margine dextro 4 puer ante tribunal tyranni, infra nomen *ROMANVS;* in medio margine sinistro 5 duo carnifices ferreis pectinibus excarnificant martyrem, cuius pedibus nomen: *VINCENTIUS;* in margine inferiore 6 s. Laurentius in craticula adstantibus tyranno, pro tribunali sedente, duobus militibus, tribus carnificibus; 7 dextrorsum et sinistrorsum circuli duo cum duabus imaginibus clypeatis duorum martyrum. Folii 7 margines pariter, sed altero pictore peritiore scholae Attavantianae decorati sunt floribus, fructibus, avibus, puerulis, imaginibus, insignibus, tessera gentilicia Friderici Urbini ducis. In medio margine superiore 8 martyris imago; dextrorsum 9 s. Petri clypeata imago, dextera clavem deferentis; sinistrorsum 10 proprophetae imago clypeata; in margine dextero 11 s. Pauli, sinistra librum ac dextera ensem stringentis, dimidia imago; in margine sinistro 12 alterius prophetae clypeata imago; in margine inferiore dextrorsum 13 s. Stephani, sinistro brachio librum, dextera palmam ferentis, clypeata imago; sinistrorsum 14 s. Laurentii, craticulam dextera, sinistra palmam ferentis, clypeata imago; in medio margine quatuor angeli sustinent pyras in orbe positas, in mediis pyris tessera gentilicia Friderici Urbini ducis duabus aquilis, vexillo pontif. et corona decorata, e pyris pendet hermellinae ordo; in marginibus pariter aliae duae tesserae gentiliciae, alteram una aquila praeditam aquila nigra sustinet, altera, similiter una aquila decorata superimposita corona et media aquila, solo iacet. Insuper insunt insignia fridericiana penicillum, spirae, ventosa, hermellina, fulgura. In prima initiali 15 imago clypeata Prudentii sinistra librum pectori admoventis ac dextera alloquentis (edita est apud Migne, 59, col. 767). Descripserunt codicem Arevalus in prolegomenis Prudentii, l. cit., col. 629; Dressel, l. cit., p. LVIII sq. Ff. 2^v-4^r, 5, 6^r, 76 vacua sunt. In marginibus usque ad f. 74^v ante multa carmina picta sunt schemata, in quibus genera metrorum et pedum uniuscuiusque carminis.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

667 (olim 803, cf. f. 4). Saec. XV, membran., mm. 269 × 170, ff. II. 104.

1 (f. 2). **M. Manilii** astronomicon libri I-V.

2 (f. 82). **Q. Sereni** ⟨**Sammonici**⟩ liber medicinalis (Baehrens, Poetae lat. min., Lipsiae 1881, 3, p. 107-158).

Codex in officina florentina Vespasiani transcriptus, ut videtur, titulos praefert rubros, initiales maiores tum caeruleas tum rubras, initiales maximas aureas lineis colo-

ribusque decoratas. In f. 3^{v} circulus corona laurea ac floribus constans, in quo titulus codicis litteris aureis caeruleisque alternis lineis scriptus. Folii 4 tres margines globulis aureis, floribus lineisque argenteis decorati sunt; in margine inf. duo pueruli aligeri sustinent circulum corona laurea, auro argentoque circumornata; in media corona tessera gentilicia in quatuor partes divisa in 1 et 4 duae aquilae nigrae expansis alis, in 2 et 3 duo leones erecti ungulis sustinentes erectum surculum cum frutice, hinc inde initiales litterae *A. L.* Ff. I-II, 1^{r}, 104 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Lambruschini card. bibliothecarii.

668 (olim 802, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 265 × 176, ff. II. 101.

Manilii astronomicon libri I-V; **Sereni Sammonici** medicinalis liber; s. **Benedicti Crispi** archiep. mediol. commentarium medicinale.

1 (f. 1). M a n i l i i (in ms. *Boevi* non Boeci, ut apud Schanz refertur, *Geschichte d. röm. litt.*, München 1901, 2, p. 25) astronomicon libri I-V.

2 (f. 75). Q u i n t i S e r e n i ⟨S a m m o n i c i⟩ medicinalis liber.

3 (f. 95). ⟨S. B e n e d i c t i⟩ C r i s p i archiep. mediolanensis (in ms. *diaconi*) commentarium medicinale (in ms. *liber medicinalis*) (ed. Ulrich, Kizingae 1835; cf. Mai, Classici auctores, Romae 1833, 5, p. 391-402).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 503 signatur, titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas, initiales maximas aureas lineis coloribusque ornatas. In f. II^{v} circulus sertis frondium et baccarum laurearum coronam efformantibus compositus, floribusque ornatus, in medio circulo tituli codicis. Folii 1 tres margines floribus, globulis aureis, avibus et puerulo aligero decorati; in marg. inferiore duo puelli aligeri sustinent circulum aureum corona laurea exornatum; in media corona tessera gentilicia fridericiana duabus aquilis praedita. Ff. I. II^{r}, 74, 100, 101 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Lambruschini card. bibliothecarii.

669. Saec. XV, membran., mm. 252 × 166, ff. I. 104.

C. Valerii Flacci Sentini Balbi argonauticon libri I-VIII.

Codici, qui convenit n. 500 antiqui indicis urbin., tituli sunt rubri, initiales autem maximae aureae surculis coloribusque decoratae. In f. 1^{v} circulus aureis flavisque lineis ornatus, in circulo autem titulus codicis litteris alternis lineis aureis caeruleisque scriptus. Folii 2 tres margines linea aurea, implexis surculis, globulis aureis coloribusque ornati; in marg. inferiore solita corona laurea, in qua aquila nigra expansis alis sustinens ungulis tesseram gentiliciam una aquila praeditam et litterae F⟨edericus⟩ C⟨omes⟩. Ff. I. 1^{r}, 103, 104 vacua sunt.

Tegumentum codicis aequale e corio castenei coloris fibulis detractis.

670. Saec. XV, membran., mm. 244 × 150, ff. 122.

Rutilii Lupi et **Aquilae** romani de figuris sententiarum et elocutionis; **Petronii Arbitri** satirarum fragmenta; **Fulgentii** mythologiarum libri et expositio sermonum antiquorum.

1 (f. 7). Rutilii Lupi de figuris sententiarum et elocutionis (in ms. *Schemata dianoeas ex graeco vorsa*) libri I-II.

2 (f. 22ᵛ). Aquilae romani de figuris sententiarum et elocutionis liber.

3 (f. 38). Petronii Arbitri ⟨satirarum excerpta⟩ (in ms. *liber*). Continet excerpta vulgaria, quae codex Bernensis deterioresque libri multi (cf. Buchler, ed. Berolini 1871); nam excerpta, in nostro cod. contenta, conveniunt cum illis quae in marg. ed. huius signantur a Buchlero litteris L O.

4. ⟨Fabii Planciadis⟩ Fulgentii (in ms. ...*episcopi chartaginiensis*) [1] (f. 66) mythologiarum libri I-III ad Catum presbyterum (in ms. ...*chartaginiensem*). [2] (f. 114). Expositio sermonum antiquorum ad Chalcidium grammaticum; sequitur f. 122 Fulgentii parva laus: *Iste Fulgentius primo quidem uir clarissimus - episcopus carthaginensis est ordinatus.*

Codex, qui convenit n. 460 antiqui indicis urbin., titulis atque initialibus maioribus tum caeruleis tum rubris, initialibus maximis, aureis surculis coloribusque ornatis, praeditus est. In f. 1-3ᵛ manu librarii index capitum operis Rutilii. In f. 6ᵛ circulus aureus floribus globulisque aureis decoratus, in quo tituli operum. Folii 7 tres margines floribus, globulis aureis, puerulo avem capiente, decorati; in margine inferiore duo pueruli aligeri tesseram gentiliciam urbin. praeditam quatuor aquilis, ab aquila cinerea ungulis sustentatam, monstrant; hinc inde litterae compendiariae C⟨omes⟩ F⟨ridericus⟩ in campo aureo. In f. 122 librarii sigla. Ff. 4-6ʳ, 122ᵛ vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

671. Saec. XIV, membran., mm. 232 × 171, ff. 47.

Boetii de consolatione philosophiae (in ms. *philosophica*) libri I-V cum glossulis inter lineas manu saec. XV ‹ Carmina qui condam » *versus delectabiles* « florente » *iocundo* « peregi » *compleui;* praeit (f. 1ᵛ) scholium de nominibus Boetii: *Annitii ab a hoc est sine et niti quod est uitium quasi sine uitio. Malli quia de genere Malli Torquati fuit - Ex consulis idest quando hunc librum composuit extra consolatum erat. De consolatione philosophica incipit.*

F. 1, manu saec. XV, ⟨quaedam de desponsatione seu de matrimonio italice⟩. Incipiunt: *Loffitio che nel presente se celebra, A. P., è degnio de grandissima veneratione per cio che sì iustamente consideramo la sua urigine è nel cielo.* Des. *ueduti auete la sposa et el marito* (laudantur classici auctores et Petrarca).

Codex praebet initiales maiores tum caeruleas tum rubras lineis ornatas, initiales maximas lineis coloribusque illuminatas; prima initialis ac tessera gentilicia in f. 2 omnino evanida sunt. F. 47ᵛ vacuum.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

672. Saec. XVI, chart., mm. 210 × 141, ff. VIII. 94.

Iuvenalis satirae I-XVI cum glossulis; sed desunt satirae III versus 206 ad finem, sat. IV versus 1-80; sat. VIII octo versus postremi, spatiis vacuis relictis; praeit Iuvenalis vita I (ed. Iahn, Berolini 1851, p. 386-387), sed postea adduntur: *Temporibus Domitiani floruit ad Nerueque tempora - Opus totum in XVI satiras dividitur neque hiis assentior, qui in libros distribuunt. Sed iam de satira dicamus.* Satiris V-VIII praeeunt argumenta hexametris versibus: ante V (f. 21ᵛ): *Quod male substineat parasitica uita notabis,* ante VI (f. 26): *Hac satira incestas mulieres monstrat ut omnes / Vxorem Vrsidius deuitet pettore toto,* ante VII (f. 42): *Mendicant arte sic Roma coëgit auara,* ante VIII (f. 47): *Nobilitas prima est virtus non acta parentum.*

Codex litteris currentibus duabus manibus rudibus scriptus est; prima manus exaravit ff. 2-52ᵛ partem, secunda 52ᵛ-89, in quo folio subscriptio secundi librarii: *Decembri in mense, Iuvenalis aquinatis satirarum liber quintus gratia Deo est expletus. V. B. S. I. O;* infra litt. graecis αγυσαμδυρ (Agesander vel Alexander?). Initiales maximae aureae manu rudi coloribus illuminatae. Folii 2 margo sinister surculis florentibus, coloribus et puerulo aligero ornatus est; in marg. inf. duo puelli aligeri sustinent coronam lauream, in qua tessera gentilicia (manus piscem elevans in arvo rubro). Ff. 1-VIII, 14ᵛ-19, 89ᵛ-94 vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

673. Saec. XV, membran., mm. 190 × 123, ff. 80.

Iuvenalis satirarum libri I-V.

Codicis tituli sunt rubri, initiales maiores aureae surculis, discis albis et coloribus ornatae. In marg. inferiore folii 1 tesserae gentiliciae vacuum spatium cum ornamento; folio 80ᵛ adglutinata est pergamenae schedula cum hoc argumento et epigrammatis tentamine: *Pater eique tres filii erant, illis ita auguratur 1444. Madi*⟨i⟩*: Ille nummos, hic leges, hic parcta ferro tueri / Discet et egregium nomen in astra feret.* Ff. 74-80 vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

674. Saec. X, membran., mm. 185 × 132, ff. 23.

Prisciani periegesis; incertorum carmina; **Aviani** epist. fragmentum; lemmata in Rufi Festi Avieni versionem Arati phenomenon.

1 (f. 1). Prisciani periegesis fragmenta a v. 85-147, sed versus 85-105 mucore evanidi (Baehrens, poetae lat. min., 5, p. 277-279).

2 (f. 2ᵛ). ⟨De duodecim signis Zodiaci⟩. Inc. *Haec signa uel ab annalibus causis, uel a gentilium fabulis nominatis: De ariete. Liber pater cum uictor ab India per Liddiam reuerteretur.* Des. *De Scorpione. Hoc sidus ideo uocatur scorpio, quod sicut sagitta, quae in ueneno scorpionis serpentis* +.

3 (f. 5). Prisciani periegesis (in ms. *idest descriptio orbis terrarum et maris*); praeit index capitum I-X, primum: *Inuocatio* - *De Asia* (Bährens, l. cit., 5, p. 275-312).

4 (f. 22ᵛ). ⟨Incerti⟩ (in ms. *eiusdem epitome phenomenon, versibus duodecim*) carmen quartum: *Ad Boreae partes* - *fluenta* (Baehrens, l. cit., p. 351-352).

5 (f. 23). ⟨Lemmata in Arati phenomena a Rufo Festo Avieno versa⟩ (in ms. *Rufi Festi Avieni viri clari Arati phenomena*). Inc. *Arctoe, engonasin, corona, ophiuchus.* Des. *Sol, aselli, venti, Hiems, aestas* (cf. Breysig, *zu Avienus* in *Hermes*, Berlin 1876, p. 251 sq.).

6 (f. 23ᵛ). ⟨Fragmentum epistolae Aviani ad Theodosium cum glossis et scholiis⟩ (in ms. *Avienus Theodosio suo*) usque ad vv. *sollicitudinem leues* (Baehrens, l. cit., p. 33-34, lin. 19). Primum scholium: *Minerua apud graecos Athis nominatur, quae ciuitatem condidit;* ultimum « oblectes »: *oblectare facias.*

Codex, qui fortasse convenit n. 71 p. CL antiqui indicis urbin., titulos atque initiales praefert rubra, In folii 5 margine inferiore picta est saec. XV tessera gentilicia urbinas una aquila praedita.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

675. Saec. XV, membran., mm. 310 × 207, ff. I. 45.

Boetii de consolatione philosophiae italice; de virtutibus naturalibus et moralibus italice.

1. ⟨Boetii de consolatione libri I-V italice redditi⟩. Lib. I inc. « Carmina qui quondam... »: *Concio sia cosa io Boetio per li tempi passati abbia vsato far con alegrezza studio florente versi, mo al presente so contricto ad fare con lamento e pianto tristi uersi,* des. *e pina di scurita e a in si troppo grandi frini;* (f. 6) lib. 2: *Apo queste cosse dite di sopra la phylosophia stette alquanto queta* - *da quello amore dal quale se regie el cielo;* (f. 12ᵛ) lib. III: *⟨G⟩ia finito avia la phylosophia el suo dicto e io era ancora intento e co lorechie alegre* - abrumpitur cap. X vv. *e non se saueria la cagione perche homini facesse cossa nisuna e* (cf. ed. Peiper, p. 81, lin. 1); (f. 21) lib. IV inc. e cap. V, vv. *Si come dice uno sauio li homini santi hanno hedificato el corpo loro de uertude* (ed. cit., p. 112, lin. 19) - *E pero li pigri che non se uole fatigare ad merito de bona fama non possono peruenire;* (f. 23ᵛ) lib. V: *⟨G⟩ia la phylosophia auia compito il suo dicto e appa-*

rechiaua apparlare daltra maniera e materia - che riguarda e uede onne cossa; sequuntur hexametri quinque seu argumenta quinque librorum: *Auctorem primus ad consolandum miserum dat / Tristicie tamen tibi denotat inde secundus / Tertius in rebus mundi non esse dolendum / Hic consolatur denique quartus auctorem / Quintus perfectum notat hunc et ritte refectum* (de variis versionibus italicis cf. Zambrini, *Le opere volgari a stampa dei sec. XIII e XIV,* Bologna 1884, col. 186).

2. ⟨De virtutibus naturalibus et moralibus italice⟩. Inc. (f. 30). *Secondo lo dicto delli sauji molte sono le uirtude naturali e morali, le quali Dio ae apparrecchiate aluomo.* Des. *e saremo per secula aseculorum* (!) *perfecti e congiunti con quello Dio. Amen. Finito libro refferamus gratias Christo;* praeeunt [1] (f. 29) praefatio: *Dio che principio di tute le cose sia principio di questo mio tractato, lo quale io intendo de prouare se io potesie tanto asotigliare lo mio ingengno* des. *che odoria lo vorrei secondo che poterite odire;* [2] (ibid.) capita 1-50, cap. I: *Conteno questo cinquanta capituli senza lo exordio di sopra li quali... Lo primo capitulo ponesi come lo intelletto e la ragione et la memoria sonno le piu principale virtute - Lo L capitolo e ultimo capitulo e posta la participatione ella diffirentia a con li beati... cosi la fine di tucto questo dictado.*

Codex binis columnis manu currenti scriptus titulos praefert rubros, initiales maiores si quae sunt, rubras, initialem primam rubram globulis rubris et lineis nigris illuminatam. Ff. I et 45^{v} vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. Xaverii de Zelada card. bibliothecarii.

676. Saec. XV, (fortasse 1458, cf. f. 71^{v}), chart., mm. 289 × 197, ff. I. 71.

Boezio *della consolazione* libri I-V. Lib. I inc. *Gia io compusi uersi et cantai / Cone studio fiorito, son costretto.* Lib. V des. *Voi le fate dinanzi alliocchi del giudice, lo quale riguarda et uede tucte le cose. Lo quale sia benedetto et laudato per infinita secula* (de versionibus cf. cod. superiorem).

Codex binis columnis littera currenti scriptus titulos rubros, litteras initiales autem maiores et maximas exhibet tum caeruleas tum rosaceas circulis lineisque ab ipso fortasse scriba illuminatas. In f. 71^{v}: *In nomine. MCCCCLVIII die...* Ff. I, 69^{v}-71 vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

677. Saec. XIV, membran., mm. 208 × 145, ff. 145 (— 96 a librario omisso).

Boetii de consolatione philosophiae; **s. Prosperi** aquitani quaedam; **Gualteri** anglici romuleae fabulae.

1 (f. 1). Boetii philosophiae consolationis libri I-V ⟨cum nonnullis glossis inter lineas et scholiis in marginibus, duabus manibus partim latine partim italice aristotelici cuiusdam⟩.

2. S. Prosperi aquitani [1] (f. 75) epigrammatum liber e sententiis s. Augustini (M. 51, 497-532) ab epigr. 66 ad 70 et interdum alibi glossulae, desunt argumenta; praeeunt nonnulla de s. Prospero: *Iste Prosper equitanicus fuit - iudicium omnium ecclesiarum habere uidetur;* [2] (ibid.) in epigrammata versus: *Haec Augustini* (M. 51, 51, cf. Mai, Classici auct., Romae 1833, 5, p. 386); subnectitur [3] (f. 100ʳ) poema coniugis ad uxorem (M. l. cit., 611-616).

3 (f. 105). ⟨Gualteri anglici (in ms. *Aesopi*) romuleae fabulae 1-60 e Romuli prosa in elegiacos versus versae⟩ (Hervieux, *Les Fabulistes latins*, Paris 1884, 2, p. 385-418).

Codex titulis carens initiales maiores et maximas praefert rubras; a f. 73 ad 104 folia palimpsesta cum neumis; in f. 103 subscriptio possessoris... *de Anglia*, nunc evanida. In f. 125 lineae septem saec. XV alia manu suppletae, Ff. 103ᵛ, 104, 125ᵛ vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

678. 679. 680. An. 1407 (cf. cod. 680, f. 147ᵛ) chart., mm. 295×215.

Benvenuti de Rambaldis imolensis commentum super Dantis Aldigherij comoediam (Lacaita, sumptibus Guilielmi Warren Vernon, Florentiae 1887).

678, ff. 235 (+ 150ᵃ).

Comentum Inferni (ed. cit., T. 1-2).

Codex littera currenti scriptus nonnulla lemmata, variantes lectiones et correctiones praefert in marginibus librarii et alterius manibus addita. F. 235 vacuum est.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

679, ff. 146.

Commentum Purgatorii (ed. cit., T. 3-4).

Eadem manu scriptus, qua superior, lemmata, variantes lectiones et additamenta rariora praefert.

Integumentum uti in cod. superiore.

680, ff. 149 (— ff. 40-49 a librario omissis).

Commentum Paradisi (ed. cit., T. 4-5).

Scriptus eadem manu librarii, qui 678 et 679 exaravit, quique se folio 147ᵛ subscripsit: *Explicit commentum Magistri Benuenuti de Imola super tertia cantica seu comedia Dantis Alagherij excellentissimi poeta* (!) *florentini... Deo gratias scripte per me Antonium de Coldatio MCCCCVII. die. VI Maij circa XXᵃᵐ horam amen.* F. 148, 149 vacua. Rarissima lemmata, additamenta et variantes lectiones in marginibus.

Integumentum uti in cod. 678.

681 (olim 889, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI, membran., mm. 203 × 120, ff. 199.

1. Francesco Petrarca *rime* (in ms. *Sonectorum et cantilenarum liber*), ⟨pars I⟩. [1] (f. 11) son. 1, 3, 2, 4-10 (Mestica, Barbera 1896); [2] (f. 13v) ball. 1; [3] (f. 14) son. 11, 12; [4] (f. 14v) ball. 2; [5] (ibid.) son. 13-19; [6] (f. 16v) sest. 1; [7] (f. 17) canz. 1; [8] (f. 20) son. 20-23; [9] (f. 21) canz. 2, 3; [10] (f. 24) sest. 2; [11] (f. 25) son. 24-29; [12] (f. 26v) canz. 4; [13] (f. 28v) son. 30-41; [14] (f. 31v) canz. 5; [15] (f. 33) son. 42; [16] (ibid.) canz. 6; [17] (f. 35) madr. 2; [18] (ibid.) ball. 3; [19] (f. 35v) son. 43-45; [20] (f. 36v) ball. 4; [21] (ibid.) son. 46-48; [22] (f. 37v) ball. 5; [23] (ibid.) son. 49-50; [24] (f. 38) sest. 3; [25] (f. 39) son. 51-53; [26] (f. 39v) canz. 7-10; [27] (f. 45v) son. 54-61; [28] (f. 47v) sest. 4; [29] (f. 48) son. 62-83; [30] (f. 53v) canz. 11; [31] (f. 55) madr. 3; [32] (f. 55v) son. 84-95; [33] (f. 58v) canz. 12; [34] (f. 60v) son. 97, 96; [35] (f. 61) ball.: *Donna mi uenne spesso nella mente* (Mestica, l. cit., p. 172 in nota); [36] (ibid.) son. 98-99; [37] (f. 61v) canz. 13-17; [38] (f. 69v) son. 100-104; [39] (f. 71) canz. 18; [40] (f. 72v) son. 105-110; [41] (f. 74) sest. 5; [42] (f. 75) son. 111-116; [43] (f. 76v) ball. 6; [44] (ibid.) son. 117-172; [45] (f. 90v) canz. 19-20; [46] (f. 93v) son. 173-178; [47] (f. 94v) sest. 6; [48] (f. 95v) son. 179-200; [49] (f. 101) sest. 7; [50] (f. 102) son. 201; [51] (ibid.) sest. 8; [52] (f. 103) son. 202-204; [53] (f. 103v) madr. 4; [54] (f. 104) son. 205-225. ⟨Pars II⟩. [1] (f. 109v) canz. 21; [2] (f. 112) son. 226-228; [3] (f. 112v) canz. 22; [4] (f. 114) son. 229; [5] (f. 114v) canz. 23; [6] (f. 116v) son. 230-281; [7] (f. 129) canz. 24; [8] (f. 130v) ball. 7; [9] (f. 131) canz. 25; [10] (f. 133) son. 282-286; [11] (f. 134) canz. 26; [12] (f.135) sest. 9; [13] (f. 136v) son. 287-293; [14] (f. 138v) son. 296, 294, 305, 308, 304, 309; [15] (f. 140v) canz. 27; [16] (f. 141v) son. 295, 297, 310, 298, 301-303, 311, 312; [17] (f. 144v) canz. 28; [18] (f. 147) son. 313-317; [19] (f. 148v) canz. 29, clauditur subscr. *Francisci Petrarcae: poetae clarissimi: triumphorum* (!) *et cantilenarum liber foeliciter explicit.* 2. *Trionfi.* [1] (f. 140). ⟨Amoris⟩ partes I-IV (ed. cit., 522-573). [2] (f. 163v). Pudicitiae triumphus, partes I-II, pars I des. *Ipolito et Ioseppe* - pars II inc. *Quanti già*, des. *prima mi piacque* (ed. cit., p. 574-586, v. 21). [3] (f. 167v). Mortis triumphus, partes I-II, pars I inc. *Questa legiadra...* (cf. ed. cit., p. 584 nota) et sequitur *Tornava* (sc. versu 22 ed. cit., p. 586-602). [4] (f. 174). ⟨Famae triumphus⟩ (in ms. *incipit eiusdem*): *Nel cor pien damarissima dolcezza - uidi Artu e Carlo* (ed. cit., p. 670-674): *finit tertia et ultima pars triumphi mortis.* [5] (f. 177). Famae triumphus, partes I-III, pars I inc. *Da poi che morte triunpho nel volto* (cf. ed. cit., p. 604 nota) - pars III des. *e più di lor non dico auante.* [6] (f. 184v). Temporis triumphus (ed. cit., p. 634-642). [7] (f. 187v). Aeternitatis triumphus (ed. cit., p. 645-660).

2 (f. 191). *Leonardo* ⟨Bruni⟩ *aretino la vita di messer Francesco Petrarca* (ed. Solerti, *Le vite di Dante, Petrarca e Boccaccio etc.*, Vallardi, Milano 1904), p. 288-293).

3 (f. 197). ⟨Nota de Laura in Vergilii codice biblioth. ambrosianae italice versa⟩ (in ms. *La infrascripta epistola fu trouata a Roma in chasa dellabitazione di messer Francescho Petrarcha in un suo studiolo scripta di sua propria mano*): *Laura di propria uirtu illustre - e li non aspettati fini* (cf. Fracassetti, *Lettere delle cose familiari volgarizzate*, Firenze 1864, p. 242, cf. etiam notam in pag. 243; cf. Ceruti, *La bibliotheca ambrosiana di Milano*, Milano 1880, p. 24).

4 (f. 197ᵛ). Epitaphium Francisci Petrarcae (notum).

43. *Messer Giusto a me* ⟨contra amorem⟩ son. 1-4, [1] (f. 197ᵛ): *Se mai aduien che cum teco macozi - gli occhi dArgo;* [2] (f. 198): *Non sento ancor che uogli honor farme - al pentimento lale;* [3] (ibid.): *Samor fanciullo qual po dar conseglio - acerbo et crudo* (deficit versus); [4] (f. 198ᵛ): *Amor gia per un sancto non te piglio - tanto refiudo.*

44. Angeli Galli [1] (ibid.) *al dicto inimico damore,* son.: *Se renchiuso non sei in qualche cappa - sauio et profeta;* [2] (f. 199). *Al s. Alexandro* ⟨*Sforza*⟩ *in persona de la sua amorosa, dolendosi de la partita de lui,* son.: *O signior mio dogni uirtude adorno - mesca fore.*

45. Alexandri Sforza (ibid.) (in ms. *Risposta del prefato s. a la sua amorosa*) son.: *Quando el turbato celo é ben piorno - et la mia more.*

46. ⟨Angeli Galli⟩ [1] (f. 199ᵛ) *sestina facta in uece del s. Alexandro: Io aspecto chi fiumi et le larghe onde - ui racomando gnhora;* adscribitur: *Dolendosi de la sua partita da Pesaro per amor de la sua amorosa;* [2] (f. 200ᵛ) ⟨de eadem re⟩ sest.: *Non sonno arene tante in le salse onde - in uita un hora.*

47. Alexandri Sforza (in ms. *Dal prefato a me*) ⟨de eadem re⟩ son.: *Lasso ben mille uolte el di queste onde - mia sorte.*

48. ⟨Angeli Galli⟩ [1] (f. 201ᵛ) *resposta mia,* son.: *Se piangi signor mio tu hai ben donde - animo forte;* [2] (ibid.) *per lo prefato a cacciar uia la ingratitudine,* son.: *Adimanda al ueder degli occhi tuoi - benchindegno;* [3] (f. 202) son.: *Sai tu madonna perche el turco è tardo - che disse Simione;* [4] (ibid.) *inuece del s. Alexandro lassando la sua diletta,* son.: *Quando el sol stesse a reuederla un giorno - non te reteme.*

49 (f. 202ᵛ). *Canzon facta dal s. Alexandro Sforza per la sua partita: Sio pur me parto amor tu te rimane - Che presto tornerai lieto et securo.*

50 (f. 205). ⟨Angeli Galli⟩ *al prefato ralegrandome de la sua tornata,* son.: *Non si ralegra si prato di fiore - che glil comande.*

51 (ibid.). *Al sig. Alexandro dal fratello* ⟨Francisco Sforza, de discessione⟩ son.: *Da lun di canti el grande amor fraterno - poi men ti doglia.*

52. Angeli Galli [1] *Al prefato douendosi partire* [a] (f. 205) son.: *Pria che te parti fa che tu te satij - sopra me cada;* [b] (f. 206) ⟨pro amata ad Alex.

Sforza⟩ son.: *Non so se te nacorgi si come io - uccise Dido;* [c] (ibid.) *al prefato per parte de lei,* son.: *Doue é, doue é signor el dolce riso - signor mio;* [d] (f. 206^r) *al prefato da parte de la prefata,* son.: *Pien dangosciosi et amorosi lagni - tutte bone ancille;* [e] (ibid.) ⟨de eadem re⟩ son.: *I lieti acolti, i dolcissimi omei - nostro desio.* [2] (f. 202). *A Francesco de maestro Agnolo tornato a Pesaro,* son. caud.: *Mai te uiddi piu gioven ne piu bello - altro che mesere.* [3] *A la creatione del papa Pio* ⟨II⟩ *prima chiamato messer Enea,* [a] (f. 207^r) son.: *Vedendo el mondo facto tanto rio - a si belle contrade;* [b] (ibid.) *al papa Pio amicissimo de limperatore,* son.: *Tanta forza hebbe lexcessiuo amore - fare Idio.* [4] (f. 208): *Ad un Lorenzo da Peroscia, diceua che li era una piu bella de la Francesca bella,* son.: *Per excitare el tuo gentil ingegno - et mesta.* [5] (ibid.). *Al s. Alexandro Sforza,* son.: *O tu che facto sei uero hom de pace - do a la mente;* adscribitur: *essendo quello in una gran malatia, dicendo uoler prouare sel ciruello mio fabricaua come laltre membra.*

Codicem, cui n. 643 antiqui indicis urbin. convenit, *Diuo principi Federicus Veteranus urbinas transcripsit,* uti in subscr. f. 208^v habetur. Tituli rubri, initiales maiores caeruleae et rubrae alternae, initialis prima aurea floribus ornata. In f. 9^v circulus laureus auro et floribus decoratus, in medio circulo titulus codicis. Folii 10 tres margines decore ornati sunt floribus auroque et in marg. inf. tessera gentilicia quatuor aquilis, vexillo pont., corona ducali ac litt. F. D. praedita. In f. II sententiae e Theophrasto desumptae alia manu saec. XV: *Theofrastus diuino ingenio uir dicebat in freni equo - quid agendum consulere suppetit.* In f. 1-7^v index carminum ordine alphabetico eadem librarii manu; in extremis inferioribus marginibus reliquiae anterioris foliorum enumerationis. Descripserunt codicem Zannoni, l. cit. et fusius Feliciangeli et Cinquini, ll. citt.; Schmarsow autem, l. cit., etiam maiorem notarum partem vulgavit. Ff. I, II^v, 8, 9^r, 209 vacua sunt.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laurentii Brancati de Lauria card. bibliothecarii.

700. Saec. XVI, chart., mm. 272 × 203, ff. 178 (+ 65^a, 81^a, 116^a).

Antonelli Piermatteo *da la Pergola Agolante affatato,* ⟨in cantus 1-12, metro quod vocant *ottave*⟩. Cantus I inc. *D'Europa, Scithia e d'Africa le donne.* Cantus XII des., uti videtur, imperfectus: *Per l'asta ch'usci un palmo fuor di schiena;* singulis cantibus praemittuntur argumenta versibus (*ottave*) et *allegorie,* prosa oratione; primum arg. *Gode in la nube il re Agolant'Alpina - Si troua al bosco e scaualca Isoliero;* prima *allegoria: Agolant' è rapito d'Alpina, l'Africa se ribella a Carlo, Serpentino e Siluaggia fan le nozze - e Pandora disfa l'incanto.* Post singulos cantus, praeter quam decimum secundum, sequuntur exscursus seu commentarii rerum et verborum, post cantum I exscursus inc. *Gl'episodii, i quali sono in questo poema, sono tutti membri d'uno stesso corpo - Statio scriue che Marte per commissione di Gioue de mettere guerra tra gl'Argiui et i Tebani tolse a*

costei il spauento et il timore, con il quale entrò tra le schiere; praeeunt [1] (f. 2) *A li lettori: Agolando Re di Mauritana, di Libia, d'Affrica e di tutta l'Etiopia - e da queste acquistò l'affattagione;* . [2] (f. 3) titulus poematis; [3] (f. 3ᵛ) *sonetto di messer* B e r[n a r d o C a p p e l l o *all'autore: Saggio cantor che con sì alto stile - ch'al tempo torrà legge e porrà il freno;* [4] (f. 4) auctoris dedicatio: *All'illmo et eccellentissimo sig. Duca* ⟨F r a n c i s c o M a r i a e II Urbini duci⟩: *Da Numa Pompilio fu già molto ampliata la religione - Intanto umilmente salutandola filicissima viva;* [5] (f. 4ᵛ) *Discorso de la progenie del autore: Di le cinque Zone la più temperata domina la bella Italia - e quiui* (alla Pergola) *gli nostri progenitori si fermaro habitando la piccola terra, che fu nel anno di la nostra salute mille quattrocento quarantadoi, e ui stantioro insin al tempo ch el gran Giulio secondo regnava nell'apostolica sede... Nascemmo noi di ottimi parenti, la madre fu detta Lugia, il padre Giouanne, et oltre alla buona genitura siamo nobilitati et illustrati dal illmo signor d' Vrbino, qual felicissimo uiua.*

[1] Codex littera currenti varia manu scriptus nonnullas correctiones exhibet. In f. 1 colore nigro ex aqua et rudi manu picta in scuto imago clypeata militaribus vestibus induta, infra imaginem insigne gentilicium: triton super undis tuba canit, superius stella: circa imaginem inscriptio evanida: *Hec est u*⟨era effigies Francisci Mariae II urb. ducis⟩ in marg. super. *Ex libris Alexandri urb.* In f. 3 titulus in fronte templi scriptus, hinc inde duae nymphae item pictae. In f. 5 ante cantum primum pictura tabularis colore ut supra, in qua Agolantes et Alpina in amplexu inter nubes, infra hinc inde duo esercitus contra stant; inferius eques (Hispalle) equitem (Aquilante) ex equo deicit. Ff. 1ᵛ, 24ᵛ, 30ᵛ, 41ʳ, 54ʳ, 65ᵃ ʳ, 81ᵛ, 91ʳ, 106ʳ, 123ʳ, 138ʳ, 154ᵛ, 155ʳ vacua.
In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX.

701 (olim 865, cf. f. 1). An. 1468 (cf. f. 127ᵛ), chart., mm. 280 × 194, ff. III. 131.

Francisci Philelphi odarum libri 1-5 cum lemmatis et raris scholiis. **1. L i b e r I.** [1] (f. 1) Carmen primum *Apollo* nulli inscriptum (in ed. Francisco Sforza) inc. *Otio qui se dederint inerti* (omnia carmina et eodem ordine, quo in ed. Odae Francisci Philelfi (Brixiae), Angelus Britannicus IIII Iul. 1497, cf. Hain, Repert. bibliograph. cum supplementis Copinger, n. 12954; sed cum editio brixiensis rara sit ac desint in ea lemmata seu nomina virorum, quibus carmina inscribuntur, hic iterum odarum initia cum prioribus lemmatis referimus); [2] (f. 6ᵛ) M a e m u s *senensis: Si Maeme cupis nosse quid olim;* [3] (f. 7ᵛ) K a r o l u s G o n z a g a: *Si quis non aliis uirum;* [4] (f. 9) K a r o l u s rex: *O rex Karole, regibus uerendis;* [5] (f. 9ᵛ) G e o r g i u s B i s u l c e r u s: *Nobis quid doleas fare, Bisulcere;* [6] (f. 10ᵛ) nulli inscr.: *Sponte mendaces sumus et proterui;* [7] (f. 16) B r o c h a r d u s: *Quo romana fato gaudet, Brocharde, Cremona;* [8] (f. 18ᵛ) P o d a r g u s: *Si te trux adeo podagra torquet;* [9] (f. 19) C y p r i s: *Cypris quae placidis fluis;* [10] (f. 23ᵛ)

Nicolaus Arcimboldus: *Arcimbolde, graui me uoce hortaris ut alta.* **2.** Liber II. Clio. [1] (f. 26v) Karolus: *Quem mihi primum titulos per omnes;* [2] (f. 32v) nulli inscriptum: *Omnis tyrannis impium nutrit scelus;* [3] (f. 34) Fr. Sphortia: *Sydus illustrans Latium corusca;* [4] (f. 38v) Fr. Sphortia: *Humanas quicunque regi res mente negarit;* [5] (f. 40v) Karolus Gonzaga: *Est laus, illustris Karole, magnis;* [6] (f. 41) Aenicus Davalus: *Aenice, quem lateri fidum sibi, Dauale, iungit;* [7] (f. 44v) Baptista Schacabarocius: *Quod, Baptista, doles fata parentis;* [8] (f. 45v) Gaspar Castaneas: *Gaspar Castaneas ingenio uigens;* [9] (f. 46) Paracletus: *Ad caelum, Paraclete, laudibus me;* [10] (f. 46v) Pierides: *Quem tibi pulchris capias canendum.* 3. Liber III. Euterpe. [1] (f. 51v) Karolus rex: *Karolo* (!) *Francorum rex praestantissime, nomen;* [2] (f. 56) Ihesus: *O tu qui* (!) *Mariae uenter ab aethere;* [3] (f. 59) Aenicus Davalus: *Aenice, distuleras nimium mihi, Dauale, gratas;* [4] (f. 62) Ambrosius: *Ambrosi, tandem ferus ille Mauors;* [5] (f. 64v) Andreas Alamanus: *Andrea, dum placida nobis munuscula mittis;* [6] (f. 67) Sphortia secundus: *Postea lux aderit, quae te ieiunia cogat;* [7] (f. ibid.) Sphortia secundus: *Dum pares monitis equo citato;* [8] (f. 67v) Sigismundus Malatesta: *Nostra Sigismundi laetatur Pieris alto;* [9] (f. 70) Karolus Gonzaga: *Quam mihi nunc opus es mea lux, Gonzaga, latinae;* [10] (f. 72v) Euterpe: *Euterpen cithara patris citatam.* **4.** Liber IV. Thalia. [1] (f. 77) Thalia: *Thalia partes ordine tertio;* [2] (f. 80v) Cicchus calaber: *Spes me dulcis alit, quam semper, Cicche, benigno;* [3] (f. 81v) Lydus: *Lydo, quem uitiis uirum supremis;* [4] (f. 84) Alexander Sphortia: *Quaeris, Alexandro quem praelatura per omnes;* [5] (f. 85) Insubres: *Tristes Insubrium denique liquimus;* [6] (f. 89v) Baptista Alberthus: *O Rimine, suspectum quanquam Baptista uerebar;* [7] (f. 92) Musae: *Musis Cremonae nullus est locus sacris;* [8] (f. 92v) Aenicus Davalus: *Aenice, quid facio, si forsan, Dauale, quaeras;* [9] (f. 94v) Alphonsus rex: *Alphonse, nostri lucidum saecli iubar;* [10] (f. 99v) Thalia: *Non tibi plures moduli Thalia.* 5. Liber V. [1] (f. 102v) Melpomene: *Quem, Melpomene, laudibus unum;* [2] (f. 105) Alphonsus rex: *Quo te, Alphonse, magis mecum, rex, mente uoluto;* [3] (f. 107) Sphortia secundus: *Dum nobis sonipes, Sphortia, muneri;* [4] (f. 107v) Lyda. Karolus Gonzagas: *Quam miserae nuper Lydae, Gonzaga, salutem;* [5] (f. 110v) Nicolaus Quintus: *Qui minus summum gregis innocentis;* [6] (f. 115) Ioannes Marius Philelphus: *Coepisti tandem sua restituisse parenti;* [7] (f. 116) Basinius parmensis: Βασίνιον τὸν ἐμὸν πολυμήχανον ὄντ ἀγαθόντε: *Basinium meum qui magno ingenio est et bonus* (versio inter lineas); [8] (f. 116v) Iohannes Simoneta: *Plura quidem faciunt ut te, Simoneta Iohannes;* [9] (f. 117v) Ludovicus Gonzaga: *Dum te nostra, Lodouice, superbius;* [10] (f. 123v) Melpomene: *Nunc age, Melpomene,*

cantu dic nostra supremo. Clauditur subscriptione: (f. 127^{r}) Τέλος: *1468 m*⟨manu⟩ *p*⟨ropria⟩ *F*⟨ranciscus⟩ *F*⟨ilelfus⟩.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 539 signatur, est autographus Philelphi, uti e subscriptione f. 127^{v}. Tituli rubris litt., initiales maiores tum caeruleae tum rubrae, initiales maximae aureae coloribus et surculis ornatae sunt. Ff. I-III, 128-131 vacua. Codicis mentionem facit Zannoni, *Francesco Filelfo, Commentarii delle vite e delle imprese di Federico di Montefeltro*, Tolentino 1901, p. IX, nota 10).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

702. An. 1464 (cf. f. 80^{v}), membran., mm. 252 × 170, ff. 80.

1. **Marii Philelphi** martiados libri 1-2 cum lemmatis ad... *Fiderycum* de Monteferetro comitem urbinatem, dignis. Herculem; lib. I (f. 4) inc. *Magnanimi cano bella uiri uictosque tyrannos* des. *praestare uirorum;* lib. II (f. 39^{r}) inc. *Quaeritur a monstris res laude gerenda parentis* des. *Que fuerit, quo non est Hercule dignior alter;* praeeunt [1] (f. 1) dedicatio, seu elegia: *Quanquam animus grauibus maiora negocia curis - Sis memor officii, meque beatus ames;* [2] (f. 3^{r}) hexastichon in utrumque martiados carmen: *Primus et in Martem quae sint pia fata tonantis - Et gestis magnum rebus in orbe ducem* (expendit hoc poema et nonnulla ex eo excerpta ed. Zannoni, *Rendiconti d. r. Accad. d. Lincei*, S. V., vol. III, Roma 1894, p. 560-561 et 650-663). 2 (f. 75). *Cançon morale... al il. et magnanimo principe m. Fideryco de Montefeltro capitanio regale, conte d'Vrbino etc. dignissimo Hercule: A qual mio carme mai materia tale - Et ha tua fama iuxta posse ornata;* clauditur sententia: ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετῆς οὐκ ἀγαθὸς (!) ἐστὶ σύνοικος· ἡ δ' ἐξ ἀμφωτέρων κράσεις (!) τῆς εὐδαιμωνίας (!) ἔχει τὸ ἄκρον. *Mutinae 16° Kal. Aprilis 1464.* (Excerpta huius cantilenae vide apud Zannoni, l. cit., p. 558-559).

Codex, qui convenit n. 538 antiqui indicis urbin., titulos praebet litteris rubris et nigris alternis, initiales maximas aureas coloribus et surculis ornatas. Folii 1 quatuor margines decorati auro, coloribus, surculis, bestiis ac tribus circulis aureis; in circulo superiore tessera gentilicia urbinas duabus aquilis, in inferiore tessera eadem una aquila praedita, huic posteriori tesserae adstant duo pueruli papilionum alis praediti; in circulo marginis dexteri caput bellatoris (Martis) aurea casside et clamide induti. Descripsit codicem Zannoni, l. cit., p. 557 sq.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

703 (olim 419, cf. f. 2). Saec. XV, membran., mm. 248 × 165, ff. II. 115.

1. **Laurentii Bonincontri** miniatensis rerum naturalium et divinarum libri 1-3 ad Ferdinandum aragonium, inclytum Siciliae regem, cum lemmatis. Lib. I inc. *In nova tentantem deducere carmina musas.* Lib. III. des. *Innocuasque suo factori reddere formas* (de edd. cf. Soldati, *La poesia astrologica nel quattrocento*, Firenze, Sansoni 1906, p. 156, n. 2). 2 (f. 64). Rerum naturalium

et divinarum libri 1-3 ad Laurentium Medicem. Lib. I inc. *Carmine prima fero mundi simulachra iacentis.* Lib. III des. *Ethereas liquit stellas sedesque beatas.* Ampliorem descriptionem huius poematis require apud Bandini, Biblioth. laur., 2, coll. 173-178 et apud Soldati, l. cit., p. 154-198; sed nostri tres libri priores conveniunt libris 4-6 cod. laurentiani, qui tantum editi sunt, uti eruitur e descriptione editionis anni 1540, quam profert Mazzucchelli, *Scrittori* etc., 2, p. IV, p. 2395 et e claro Soldati l. cit.; ceterum nullam ed. videre potui.

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 327 signatur, titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas floribus globulisque aureis ornatas. In f. 1v circulus auro, coloribus floribusque decoratus, in quo titulus codicis. Folii 2 tres margines auro, coloribus floribusque similiter ornati sunt; in parte inferiore duo pueruli aligeri sustinent circulum, in quo picta est tessera gentilicia urbinas duabus aquilis et vexillo pontificio insignita. Folii 64 tres margines eodem modo ornati et insuper duabus avibus, in parte inferiore duo angeli sustinent tesseram gentiliciam urbinatem sine aquilis. Mentionem facit huius codicis Soldati l. cit., p. 155. Ff. I. 1r, 58v-63, 114v, 115 vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

704. Saec. XV, membran., mm. 226 × 145, ff. 71.

Laurentii Bonincontri miniatensis fastorum (in ms. *faustorum christiane religionis*) libri 1-4. Lib. I inc. *Sume uocalem cytheram beate / Sixte.* Lib. VI des. *Si possem Sixti gloria ditet opus;* praeit (f. 1) auctoris dedicatio ad Iulianum card. ⟨Cesarini⟩, quae inc. *Marcus Varro, Iuliane praesul dignissime omnium,* ac des. *meque commendatissimum habe. v. rme d. seruus Lau. Bonincontrius miniatensis astrologus et poeta* (de ed. cf. Hain, Repert. bibliograph. n. 3631).

Codex, qui convenit n. 528 antiqui indicis urbin., litt. rotundiuscula scriptus titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas aureas coloribus et globulis aureis ornatas. Ff. 15r, 68-71 vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

705. Saec. XV, membran., mm. 237 × 170, ff. 24.

Antonii Baratella *de Laureia* opera. 1 (f. 1) in *Ecatometrologia,* libris 1-3 (sententiae). Inc. enim, *libro 1°: Non debet ardor martius tingi lethe* des. *Si non relinquat busta post opus sui;* (ibid.) *libro 2°: Est magni precij res data tempore - Et nauta nautas, rusticus agricolas scabros;* (f. 2) *libro 3° et ultimo: Heu bene nemo colit furiis agitatus acerbis - Si male cor princeps hominis sua predia linquat. Et cetera.* 2 (f. 3). Foscara ad Iohannem Plumatium veneti senatus archiscribam libri 1-5 cum glossis, scholiis et prologo: Prologus inc. *Prelustri gestis ueneta in dicione Iohannes - Pectoris inuigilans pulcre mea uota Iohannes;* (f. 4)

lib. I: *Usonis manes annali carmine mulcens - Alter in alterius firmant sua lumina frontem;* (f. 7) lib. II: *At pater undipotens sic tanta silentia rupit - Qua serie dux ille fuit, sic ulcere pascar;* (f. 10) lib. III: *Oceani princeps frater est sic orsus opaco - Agmina ferre stigis venetis tua numina desint;* (f. 13v) lib. IV: *Interea inuidie fax Thesiphonesque medulas - Occupet astriuagos lethes mala pocula uitet;* (f. 16v) lib. V: *Sum uictus fateor sic cedit Pluto camenis - Ipsius expediunt, modulis sic ethera mulcent.* Clauditur subscriptione: *Explicit Foscara Anthonij Baratella de Laureia agri Pataui. Deo gratias. Amen: Triginta modulos opus hoc et mille coegit.* Primum scholium ⟨salutem⟩: *Pace illorum diximus autumantium salutem non esse mittendam maioribus... antequam loquatur quid intendit exordium occupat a salute.* II. ⟨sacra Vacuna⟩: *Vacuna est dea libertatis quia uacue nata.* Ultimum scholium: *Baratella quia baratrum idest infernus, Tellegono idest inuido... Nam uates radicat idest plantat tellurem lauris, idest dum canit implet regiones suis laudibus;* laudatur in notulis Boccatius. 3 (f. 19). *Epithomata omnis Foscare* cum glossis interlinearibus. Inc. *Primus liuorem Venetis in cantibus armat* (unusquisque liber quatuor hexametris comprehenditur) Des. *esse carmine ludunt.* 4 (f. 19v). *Somnium* ad Nordium de Nordis trivisinum (cum glossis et notis). Inc. *Expedit ut referam quam tecum, strenue Nordi.* Des. *Pectoris et tecum uigilent mea somnia, Nordi. Explicit... Sit licet exiguus tamen hunc Baratella libellum / Fecerat, ut liuor se magis hoste uoret.* Primum scholium: *Parens uterque Orphei mee faueant cheli ... se implicent cantu dulces.* Alterum sex hexametris constans: *Hoc tua, liuor edax, maceres precordia cantu - Vt tibi sim uirus, sim tibi fulmen atrox;* ultimum scholium: *Imago tua, o Nordi, mecum remansit et semper stabit. Ast etiam tu mecum eris quotiens lectitaueris hoc somnium.* 5 (f. 23). In Policleomenarcide (sc. sententiae). Inc. *In prohemio: Non bene gignit opus precellens dextera uelox* - Des. cum sententia e libro VI et ultimo: *Non facile meror gaudii sumit uicem; versu 93 et cetera.* 6 (f. 24). *In Elegia* (sc. sententiae). Inc. *Lib. 1°: Pace Iouis dicam, fati manet ordo scelestus. Lib. 5° et ultimo: Heu mihi spes pinguis sepe macilla manet; versu 102. Et cetera.*

Codex, qui fortasse convenit n. 541 antiqui indicis urbinatis, titulos Foscarae et Somnii ac litteras initiales praefert minio scripta.

In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

706. Saec. XV, membran., mm. 235×145, ff. 32.

Antonii Baratella musonea ad Ambrosium Baduarium venetum patricium, libri 1-3. Liber I inc. *Myson omnis inest uocali aspergine fastis* - Des. *Laureos modulante cheli sic numina mulcet;* praeeunt [1] (f. 1) prohemium, quod

inc. *Dum uenetos proceres speculor mea numina querci* ac des. *Mutuus usque mei, sis heres primus amantis;* [2] (f. 1[v]) epithoma libri I: *Primus agit plausum Musonis gramine uerno - fabricant sua cantica Muse;* [3] (f. 12) lib. II inc. *Est locus uberior florenti in gramine lauris* des. *Finiit, hinc coreis mox imperat ocia diuum,* praeit epithome: *Alter sic cantus - hinc numina linquunt;* [3] (f. 22) lib. III inc. *Numina qua patulo Musonem laurus obumbrat* des. *Pace sat hinc uarios sortis tolerabo labores: Explicit ... Hoc septingentos quadraginta et mille duosque / Gignit opus modulos: superis hinc pompa poesi;* praceunte epithome: *Hic uidet ignotum - Musonem cantibus ornant.*

Codex, qui convenit n. 542 antiqui indicis urbinatis, titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas ac rubras lineis, maximas auro coloribusque ornatas. F. 32[v] vacuum est. In imis marginibus antiquae foliorum enumerationis reliquiae.
Integumentum uti in cod. superiore.

707. Saec. XV, membran., mm. 213 × 142, ff. 49.

⟨Ioan. Ant.⟩ **Porcelli** ⟨**Pandoni**⟩ carmina. 1 (f. 1[v]). Ad divum Petrum ⟨card. Riarium⟩ de cursu vitae eius lucubrationes... ⟨poemation elegiaco metro⟩: *Cesaris arma canant alii regesque subactos - Quo nullus uita candidiore fuit;* praeit autoris dedicatio: *Diuo Petro tituli sancti Sixti cardinali...* quae inc. *Felicissimam temporum tuorum et uitae seriem... resque abs te sapienter beneque gestas in his paruis uoluminibus... absoluimus* ac des. *Vale et curiosum uitae tuae carmen, ut arbitror, non incultum accurate ac diligenter lege.* 2 (f. 14). Admirabile convivium ad divam Leonoram Ferdinandi regis filiam a divo Petro card. *scribitur* ⟨poemation elegiaco metro⟩: *Dum tua pingebam currentia tempora uite - Sponsa iter acceptum laeta secuta suum* (ex hoc codice ed. Corvisieri, *Il trionfo romano di Eleonora d'Aragona* in *Archivio st. d. soc. rom. d. St. patria,* 1887, p. 663-674; cf. Frittelli, *Giannantonio de' Pandoni detto il Porcellio,* Firenze 1900, p. 124-132). 3. Epigrammata seu elegiae. [1] (f. 23[v]). *Poeta declarat perfecisse admirabile conuiuium: Duximus ad calcem celebris spectacula mensae - Accipies cleri gloria melque meum* (l. cit., p. 671-685); [2] (f. 25) divo Petro in promotione episcopatus tervisini: *Si uirtus uitaeque modus meruere pudorque - Dic saltem uati consule diue tuo;* [3] (f. 26) ad eundem agit gratias susceptis muneribus: *Muneribus cumulas, praesul diuine, poetam - Namque poetarum crederis esse Deus;* [4] (f. 26[v]) purgat se poeta quod propter podagram non scribit: *Dum canimus Sixti conuiuia laeta secundi - Vt tua conseruet numina posteritas;* [5] (f. 27[v]) quare... velit eius nomen aeternitati consacrare (hexam. 1-54): *Xiste beate, caput roseo redimite galero - Ne tua non norint uitae monumenta minores;* [6] (f. 29) Hieronymo vicecomiti divi P⟨etri⟩ fra-

tris (!) dulcissimi (!): *Si pater auratas delegit Farfarus aedes - Pontifici ut nolit non memor esse mei;* [7] (f. 30) contra vanos et insulsos poetas hostiatim mendicantes (epigr.): *Sunt qui mendicant falsa sub imagine uatum - Eterna ut possis posteritate frui;* [8] (ibid.) *disticum* (!) in praesulatu florentino: *Gaudeo uirtute - florida templa tuos;* [9] (f. 30ᵛ) commendat scriptores divo Petro titulo s. Sixti card. (epigr.): *Scripsere in laudem iuuenesque senesque poetae - Soluantur summo debita uota Ioui;* [10] (ibid.) in invidos (distichon): *Dispereat quisquis - intolerabilius;* [11] (f. 31) in invidiam (distichon): *Nulla fides - posse pati inuidiam;* [12] (ibid.) de censura poetarum (epigr.): *Audio quod uatum quicquid cecinere libelli - Tradita, censura sic uolo liber eat;* [13] (f. 31ᵛ) commendativa (epigr.): *Si uatum doctor, si sum tuus ipse poeta - terna corona tuo;* [14] (ibid.) iocosum tetrastichum: *Ad patrum mensas - numina magna iocos;* [15] (ibid.) quando ⟨card. S. Sixti⟩ profectus est in legationem perusinam (elegia): *Deseris illustres, presul diuine, quirites - Qui siluas et agros pinxit et arma ducum;* [16] (f. 33) querela musae ante Iovem, quem rogat ut restituantur ei sacra (elegia): *Musa piis lachrimis suffusa cadentibus ora - Quo duce diues erat qui modo pauper erat;* [17] (f. 35) gaudet poeta quod divus Petrus sospes a legatione redierit (elegia): *Ecce poetarum rediit deus alter Apollo - Et mens sit sano corpore sana Petri* (cf. Frittelli, l. cit., p. 80); [18] (f. 36) poeta gaudet quod per omnem Italiam principes divum Petrum summo honore complexi sunt (elegia): *Venisti tandem decus immortale latini - Veneris, ut toto sis Petrus orbe Deus;* [19] (f. 37) bonum augurium vatis in senectute (elegia): *Iam superi aspirant mutata numina uati - Spes mea, lacque meum presidiumque lyrae;* [20] (f. 37ᵛ) in invidum et detractorem (ep.): *Testis inique meos qui carpis inane libellos - fulmina nostra tuum;* [21] (f. 38) rogat poeta divum Petrum ut mittat aliquem, qui narret ei ordinem convivij (ep.): *Ne patiare tuum princeps languere poetam - Et tua uita meo est nobilitanda pede;* [22] (f. 38ᵛ) Laus pomorum, quae poeta ad divum Petrum dono mittit: *Accipe parua licet munuscula munere paruo - Et toto uatem pectore mitis ama* (ex hoc codice Frittelli, op. cit., p. 79, nota 5); [23] (ibid.) detestatio febris, quae divum Petrum opprimebat (el.): *Petre decus uatum nostroque hoc tempore Caesar - Ibis Apollo uirum uersibus usque meis* (cf. Frittelli, l. cit., p. 80); [24] (f. 40) dulcium rerum munusculum (distichon): *Dulcia cum numeris - arcipoeta senex;* [25] (ibid.) antiquus mos, qui servabatur Kalendis Ianuariis (el.): *Dulce merum ueteres Iani posuere Kalendis - Dulcior et quicquid uerba furoris habent;* [26] (f. 40ᵛ) cum divus Petrus acceptus esset in caena apud Exquilias (tetrastichon): *Hospitio Alcidem uicto ut Gerione recaepit - Hospitis Exquiliae uota precesque ferant;* [27] (f. 41) in nebulonem, qui scire se omnia profitetur cum omnia ignoret (ep.): *Omnia scire tuum*

est nihil ergo scire tuum sit - Ne furor hunc preceps ridiculum exagitet. 4. In laudem Sixti IV pont. max. carmina. [1] (f. 41ʳ). De vita et moribus divi Sixti pont. maximi (elegia): *Sunt qui me rogitant quae Sisti est uita Quirini - Quam sciat haec aetas et sua posteritas;* [2] (f. 43ᵛ) poeta Porcelius suppliciter poscit a divo Sixto IIII p. m. vitae mediocritatem (ep.): *Scire uolunt ex me quae sit mi sola uoluptas - Sic superi ueniant in tua uota dei;* [3] (f. 44) de fortuna et vita poetae ex oraculo Apollinis (tetrastichon): *Dic pater augurij quando mea cana senectus - Principe sub Sixto tersenos uiue per annos;* [4] (ibid.) sub insigni divi Sixti pont. max. (distichon): *Quercus glande - poma cibant;* [5] (ibid.) Por⟨celius⟩ poeta ad romanos de celebrando die coronationis divi Sixti IV, pont. m. (el.): *Plaude deum soboles domus imperiosa Quiritum - Ut recolat Sixti numina posteritas;* [6] (f. 45ᵛ) ad d. Sixtum cum se Tibur primum deinde Vicorium se contulit (el.): *Tiburis undisoni properasti inuisere sedes - Ut libet et Romae sis memor ipse tuae;* [7] (f. 41) ad patres romanos quod praetermissa celebratione in kal. ianuarij constitui debeat dies celebrandus in honorem et memoriam divi Sixti quarti p. m. propter innumerabilia eius beneficia in urbem collata (el.): *Romulidae illustres lani uenere kalendae - Gaudeat ut miti principe posteritas* (cf. Frittelli, l. cit., p. 83, nota 7).

Codex, qui convenit n. 521 antiqui indicis urbin., littera rotunda scriptus titulos praefert tum aureos tum rubros, initiales maiores aureas, initiales autem maximas aureas intextis surculis et coloribus ornatas; nonnulla carmina currenti littera addita sunt. Foliorum 1, 1ᵛ, 14, 41ᵛ margines intextis surculis et coloribus decorati sunt. In marginibus inferioribus foliorum 1ᵛ, 14 tesserae gentiliciae Petri card. Riarii. Huius codicis mentionem fecerunt Zannoni, *Porcellio Pandoni ed i Montefeltro* in *Rendiconti d. r. accad. d. Lincei,* Roma 1895, p. 503 sq. nota et Percopo, *Porcellio Pandone* in *Archivio st. per le province napol.*, 1895, p. 321; cf. Frittelli, l. cit., p. 78, 79, 80, 83, 124 et alibi. F. 49 vacuum est.

Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. superiore.

708. An. 1456 (? cf. f. 53), membran., mm. 237 × 165, ff. 57.

⟨Ioan. Ant.⟩ Porcelli ⟨Pandoni⟩ poetae laureati epigrammata parva ⟨et elegiae⟩, libri I-III. 1. Liber I. [1] (f. 2). Poeta discedens ab urbe Roma se confert ad illustrissimum militiae imperatorum Franciscum Sfortiam ac veniam petens ab amplissimo P⟨rospero presbytero⟩ cardinali Columna, ostendit in hac epistola quare Romam et urbem Neapolim patriam deserat cum summa laude et gloria Sforcigenae imperatoris (poemation): *Ibit ad Insubrium superatis alpibus urbem - Dat latio leges et fauet ingeniis* (nonnulla huius carminis dedit Zannoni, *Porcellio Pandoni ed i Montefeltro* in *Rendiconti d. r. accad. d. Lincei,* Roma 1895, p. 104 sqq.; cf. Frittelli, *Giannantonio de Pandoni detto*

il Porcellio, Firenze 1900, p. 40 sqq.). [2] (f. 7). Ad illustrissimum mediolanensium ducem Franciscum Sfortiam de aetate aurea suis temporibus parta (elegia): *Nescio quid solio nobis Saturnus ab alto - Per caput hoc nomen ibit in astra tuum;* [3] (f. 9) ad Cicum ‹Simonetta› calabrum ducalem secretarium et Pollionem suum (elegia): *Hortaris me elegos deponere et altius acri - Virtutumque decus, splendor amicitiae* (cf. Frittelli, l. cit., p. 57); [4] (f. 10^v) tratrastichon de familiaritate cum poeta Philelpho: *Si quis forte rogat* (ex hoc cod. Zannoni, l. cit., p. 108-109, nota); [5] (ibid.) distichon ‹de falsis amicis›: *Sunt mihi tercentum* (ex hoc cod. Frittelli, l. cit., p. 64, n. 3); [6] (f. 11) clarissimo ducali physico et militi aurato Gaspari Pisaureo medicorum et amicorum principi (elegia): *Miles honor patriae, Gaspar, medicaeque magister - - Cuius ope anguigeri gloria semper erit;* [7] (f. 11^v) insigni militi aurato Gentili Simonetto principi iuventutis (elegia): *Quo mea, Gentilis, cantabit carmine laudes - Sforcigenae, non sis immemor ipse mei;* [8] (f. 12^v) Thomae Reatino, militi aurato, poetae clarissimo et philosopho probatissimo (elegia): *Thoma, animi quondam pars maxima uatis et unus - Obsequio, ingenio, officio, eloquio;* [9] (f. 13^v) inclyto militum duci Guilielmo Monferrato (elegia): *Inclyte dux bello romani Martis alumne - Militiae et generis gloria magna tui;* [10] (f. 14^v) in Leucum Candidum ‹Decembrium› detractorem (elegia): *Leuce, quid in nostrum crocitas, uesane, poema - Prima cape, at quae sint altera scire caue* (notabilia disticha ed. Zannoni, l. cit., p. 107 sq., nota); [11] (f. 15) Boninno ‹Mombritio› semipoetae ‹agit gratias et laudat, decastichon›: *Accepi legique tuum, Boninne, poema - Accipe quod longi munus amoris erit;* [12] (f. 15^v) in Sithici uxorem (hexastichon): *Vxor erat Sitico qua non est vilior alga - Quin mage terribilis altera Colchis erat;* [13] (ibid.) Philelfo poetae clarissimo (hexastichon): *Fructibus ipse mihi certas et carmine reddis - Nam (mihi crede) seni nulla libido placet* (ex hoc cod. Frittelli, l. cit., p. 58, n. 5); [14] (f. 16) ‹in puerum› distichon: *Est tua grandiloquo - fertilitate puer;* [15] (ibid.) ‹in Lediam pulchram› distichon: *Foemina si facie - Ledia sola mea est;* [16] (ibid.) in Arturium ‹et Ficinum› distichon: *Pedicat Medices Arturius - inter utrumque puer;* [17] (ibid.) disticha epitaphia 1-5 in Vergilium: [a] *Qui silvas et agros cecini - Partenopeque tenet;* [b] *Haec tenet urna caput - Cecropia erudiit:* [c] *Hic sunt Virgilii cineres - musa canens peperit;* [d] *Hic caput, hic cineres - qui pater unus erat;* [e] *Quem tegit iste lapis - et arma uirum;* [17] (f. 16^v) disticha epitaphia 1-5 in Homerum: [a] *Subiacet hoc tumulo - et arma Frigum;* [b] *Hic situs est magnus - Calliope peperit;* [c] *Hic ossa et cineres - patria nulla fuit;* [d] *Interijt magnus - et arma Frigum;* [e] *Hoc situs est paruo - nunc sine mente fuit* (Frittelli, l. cit., p. 52, n. 1); [13] (f. 17) in Candidum ‹Decembri, tetrastichon›: *Tu qui mel-*

liflui percurris dicta poetae - Lector amas, dic ter, Candide dispereas; [19] (ibid.) epitaphium Iulii Caesaris (hexametri tres): *Qui generum imperio pepulit regnoque senatum - Occubuit Bruti gladio celoque refulsit;* [20] (ibid.) in invidos et detractores (tetrastichon): *Hunc duo mordebunt infesto dente libellum - Ilia rumpantur et crepet inuidia;* [21] (ibid.) in graeculum mordacem et ignorantissimum (epigramma): *Graiorum inculcat linguam nescitque latinum - Ater odos, qualem merdula mista iacit;* [22] (f. 17v) Angelo Simonetto senatori amplissimo et Maecenati suo (decastichon): *Angele Mecenas et spes certissima uatum - Inde etiam nomen ibit in astra tuum.* 2. Liber II. [1] (f. 18). Aureo adolescenti com<iti> Galeaç Vicecomiti et poetarum divo (elegia): *Cesserat omnis amor scribendi et turba sororum - Opto dari, ingenium quale Maronis erat* (cf. Frittelli, l. cit., p. 66); [2] (f. 19v) humanissimo v<iro> Gaspari Vimercato comiti et poetarum Maecenati (elegia): *Accipe deuota ueniunt quae carmina mente - Ne pudeat, faciles sic tibi sint superi;* [3] (f. 21) illustrissimo militiae imperatori Francisco Sfortiae *ingeniorum fautori* (dodecastichon): *Anguiger o belli princeps autorque quietis - Prole deum simili sanguine ab anguigero;* [4] (f. 21v) sub insigni ducis Anguigeri (hexastichon): *Sforcigenae magni sunt haec insignia, solo - Cognita semideis, cognita celitibus;* [5] (ibid.) aliter (tetrastichon): *Anguineam quencumque iuuat spectare figuram - Sforcigenam toto laetus in orbe Deum;* [6] (ibid.) Baptistae Castillioneo puero ingeniosissimo (octastichon): *Sis puer ingenio liceat dotatus acuto - Vt volites semper clara per ora virum;* [7] (f. 22) tetrastichon <post mensam>: *Ad uatum mensas non accersitus adiui - Post epulas ineunt numina magna iocos;* [8] (ibid.) in Leucum (Petrum Candidum Decembri, octastichon): *Quid faciat Leucus petitur dum serua bilinguis - Nam gelidi non est m... recta senis;* [9] (f. 22v) in Silurcum (Leucum?) viciorum praeceptorem (decastichon): *Monstrauit fateor vitium et praecepta Silurcus - Ante domum Veneris uade Silurce caca;* [10] (ibid.) in barbatam foeminam puerum *XXX*^{ta} *annorum* Graiio homini nuptum (elegia): *Quid de me obloqueris barbata o foemina, Graio - semper aperta suo;* [11] (f. 23v) illustrissimo principi Francisco Sforciae Mediolanensium duci et inclyto militiae imperatori (elegia): *Gaudeo te incolumi et letor victricibus armis - Inclyte, spes fidei iusticiaeque decus;* [12] (f. 25v) inclyto militum duci Sforciae m. ducis filio (elegia): *Sforcia qui redoles animo et uirtute parentem - Qui duce me clarum nomen in astra feres;* [13] (f. 26) ad Philelfum poetam clarissimum (elegia): *Tardior aeoas Phoebus remeabat in oras - Regnaque sic videas gallica, redde vicem;* [14] (f. 27) ad eundem, iocosum (dodecastichon): *Istaec digna tuo uetulae uesica Priapo - Me quoque cum Treuio care Philelphe voca;* [15] f. 27v) in *Tecimecos* (!) (epigramma): *Nemo odiis dignus magis, nemo augure tristi - Ne sit uterque vago ridiculus*

populo; [16] (f. 28) facili poetae Mario Philelfo (epigramma): *Gaudeo te optato ad carum redisse parentem - Porcelij vatis nomine dic valeat* (e cod. hoc Frittelli, l. cit., p. 59); [17] (f. 28ᵛ) ... in Philelfum poetam, iocosum epigramma: *Quid me sollicitas tam crebro marte Philelfe - clauda tua est;* [18] (ibid.) responsio Philelfi... per poetam Porcelium ficta (tetrastichon): *Vis replere olidum vulnus, stomachosa cauerna - et adde focum;* [19] (f. 29) distichon in Bertum: *Verte* (pro *Berte*) *oculo cernis - nōn opus est uitreo;* [20] (ibid.) insigni militum duci Guilielmo Monferrato (elegia): *Cinthyus Hesperijs radios submerserat undis - Praemia et aethereo pulsabis vertice mundum;* [21] (f. 30ᵛ) Gaspari Pisaureo, militi aurato et ducali physico (epigramma): *Indolui magno quod sint affecta dolore - Fortunentque pij vota suprema ducis;* [22] (f. 31) distichon ⟨in Candidum Decembri⟩: *Vatibus irrides quos obseruare solebas - uade caca;* [23] (ibid.) Blasio Caravagio, iuveni poetarum observantissimo (epigramma): *Dic quid agis? vigilas Blasi? an tua lumina somnus - Et facias voto iam satis ipse meo;* [24] (f. 31ᵛ) Gaspari ⟨Pisaurio⟩ aurato militi et physico ducali (tetrastichon): *Gaspar honos vatum, qui me et mea carmina laudas - sint tibi si qua placent;* [25] (f. 32) Cosmae Medices V. virtute praeditissimo et fortunatissimo (elegidion): *Salue honor Ausoniae gentis, spes una nepotum - Prole, deos at mox Elisiumque petas;* [26] (f. 32ᵛ) in Gallum et Hermionem (elegia): *Pulchrior Hermionem formosam Gallus amabat - abit;* [27] (f. 33) armipotentis Sforciae sepulchrum (octastichon): *Hic armis miraque animi virtute fideque - militiaeque decus;* [28] (f. 33ᵛ) severissimis iustitiae patribus (tetrastichon): *Vos quorum imperiis extant moderamina rerum - ista dea est.* 3. Liber III. [1] (f. 34) ad divam Blancam Insubrium reginam (elegia): *Graeca canant alii semper mentita poetae - O decus anguigeri sanguinis et sobole* (cf. Frittelli, l. cit., p. 65); praeit (f. 33ᵛ) praefatio libri tertii ad musas (octastichon): *Carminis este duces nostrosque ornate libellos - Sforcigeneque uocant;* [2] (f. 36ᵛ) insigni militum duci Roberto de Sancto Severino (dodecastichon): *Roberte armipotens diui de gente Seueri - Nunc dux, nunc miles, nunc sub amoris ope;* [3] (f. 37) Insubres dominae ad earum amatores Ticinum profectos in ducis mediolanensis societatem (elegia): *Ad Veneris phanum conspirant saepe puellae - Scribere litterulis et reuocare procos;* [4] (f. 38) tetrastichon ⟨in quendam nocte non dormientem⟩: *Quid tua nos totiens properare ad limina prodest? - Nam tua non claudit lumina nocte sopor;* [5] (ibid.) in Silurcum bubonem (dodecastichon): *Semper eris bubon inter pia metra Silurce - nemo mathemathicen;* [6] (f. 38ᵛ) in Lyconem senem vanum (dodecastichon): *Vane senex qui me insimulas fallacibus ausis - sint tibi tecta Lycon;* [7] (f. 39) Affrae laudes (dodecastichon): *Lumina quae fūrto quereris tibi rapta Cupido - Affra relaxa sinus;* [8] (ibid.) in eandem,

disticha 1-5. I: *Affra licet facies - puella procos;* II: *Siue uelis dici - diua mihi es;* III: *Cantent pierides - bella canit;* IV: *Dulcis erat paphyus - bellior ora deo;* V: *Sit tibi cura mei - sit tibi cura mei;* [9] (f. 39v) illustri principi Galeaç Vicecomiti et adulescentulorum deo (elegia): *Iam mea pegaseae rediere in carmina uires - Fratribus incolumis cumque parente deo;* [10] (f. 41) amplissimo ducali senatori Scaevae Curtae (elegidion): *Qui studium Priamique rogas et nomen auorum - Fidus habes iuris consiliique decus* (cf. Frittelli, l. cit., p. 11); [11] (f. 41v) ⟨in Petrum Candidum Decembri⟩ distichon: *Quid mihi si Leucus - sua uita sibi;* [12] (ibid.) in Candidum Leucum (Decembri elegia): *Venit ab urbe domum uesano pectore Leucus - Et monstrum infelix pernicies patriae;* [13] (f. 42v) consolatio ad illustrem comitem Galeaç de morte alumni ⟨Scaramuzi, dodecastichon⟩: *Confectus senio balbus decessit alumnus - Virtutum meritis et pietate ducis;* [14] (ibid.) Vincentio ducali secretario et amico optimo (dodecastichon): *Publica si curas et magna negocia rerum - Consilii, merito quos colit et celebrat.* [15] (f. 43) distichon ⟨in bibonem⟩: *Illachrymes quamuis - sed mera vina putes;* [16] (ibid.) Sigismundo Brandolino, militi aurato et adulescenti eburneo (elegia): *Salue, honor o iuuenum, quos nostra haec protulit aetas - Qui redoles animi nobilitate patrum;* [17] (f. 44) Matthiae Triviensi semipoetae et amico cordialissimo (decastichon): *Ite deae faciles et qui mihi munera uati - disparibusque modis;* [18] (f. 44v) ad eundem, agit gratias (octastichon): *Que tibi semideo reddentur munere Treui - carmina caseolis;* [19] (ibid.) aedilibus curulibus (elegidion): *Saluete aediles, argenti numen et auri - Viuetis nostro carmine perpetui;* [20] (f. 45) Baldo homini doctissimo (hexastichon): *Si placet huc adsis, tibi caenula, Balde, parata est - mella liquoris, adi;* [21] (f. 45v) in interpretes graecae linguae (hexastichon): *Non sat laudis habet aliena uolumina si quis - quisque poeta suo;* [22] (ibid.) Leodrico Crivello ⟨decastichon in Candidum Decembri⟩: *Officii et cytharae cultor, Leodrice Criuelle - parque pari referas;* [23] (f. 46) distichon ⟨in ministrum claudum⟩: *Dat mihi uerba tuus, qui claudicat ille minister - claudicat ille suo;* [24] (ibid.) distichon ⟨ad Trechum quendam, mutuum ab eo petens⟩: *Da mihi Treche precor sub nomine Caesaris aurum - cum dederis fateor;* [25] (ibid.) insigni militi aurato Gentili Simonetto principi iuventutis (dodecastichon): *Dulce tibi dedimus, miles generose, poema - cumque parente pio;* [26] (f. 46v) irrisoria (el.) in Candidum ⟨Decembri⟩: *Candide quem fama cognouimus ante per annos - Candide, quod nostri pignus amoris erit;* [27] (f. 48) tetrastichon in eundem: *Multa tuae dedimus, quę mallem incondita laudi - foeda cloaca iacit;* [28] (ibid.) in Venerem (epigramma): *Saeua Venus Venerisque faces paphiique furores - et tua castra sequar;* [29] (f 48v) ad placandum Mathiam ⟨Triviensem⟩ turbatum (epigramma): *Matthya qui tantos turbata mente furō-*

res - carpere semideos; [30](f. 49 in pistorem factum medicum (decastichon): *Pistor eras, miror cum sis modo factus aliptes - durus uterque suo;* [31] (f. 49ᵛ) ad libellum maeste redeuntem (hexastichon): *Fare liber quae causa tuos turbauit ocellos - deperit inuidia;* [32] (ibid.) in Cupidinem (octastichon): *Parce puer neruis et pictae parce pharetrae - apta libidinibus* (cf. Frittelli, l. cit., p. 67, n. 3); [33] (f. 50) Bartholomaeo Rato, litteratorum atque officiosorum iuvenum ornamento (decastichon): *Cum sis pierius, cum sis ratione soluta - Ingeniumque tuum;* [34] (f. 50ᵛ) Leonardo parmensi, suavissimo iuveni et liberalissimo (dodecastichon): *Sex mihi caseolis, facilis Leonarde, dedisti - praemia digna tuae;* [35] (f. 51) patri Iohacchino sacrae theologiae magistro amplissimo (elegidion): *Scribere gesta ducum nocturna in luce parabam - Rauca sit et tanto si minus apta viro;* [36] (f. 51ᵛ) senatoribus, secretariis et scribis illustrissimi ducis mediolanensis de iudicio heroici carminis in bello Teleboorum et Tebanorum Amphitrione duce (elegia): *Non ludunt tantum pedibus mea numina claudis - Populus in liquidis ardua crescit aquis;* [37] (f. 52) illustrissimo militiae imperatori et mediolanensi duci Francisco Sforciae, belli patri, pacis auctori et fundatori quietis (elegia): *O belli pacisque iubar columenque ruentis - Et triplices ducunt, quae tua filla, deae* (cf. Frittelli, l. cit., p. 65); [38] (f. 53) illustrissimo Mediolanensium duci Francisco Sforciae (octastichon): *Accipe tranquillae quae do tibi praemia pacis - gloria uatis ope;* 4. ⟨Appendix de laudibus Montefeltrensium et Ubaldinorum, carmina 1-4⟩. [1] (f. 54.) illustri militiae regiae imperatori, Federico Montefeltro et Vrbini comiti... felicitatem (elegia): *Venisti tandem, princeps Federice, vetusto - Boncontemque meum fratris et ora pii* (cf. Zannoni, l. cit., p. 112); [2] (f. 55) Bonconti Monfeltro puero divino... s⟨alutem⟩ (elegia): *Ite alio cure vigiles fessique labores - Ut tua, diue puer, sacra futura canam* (cf. Zannoni, l. cit., p. 119 sq.); [3] (f. 56) Octavio Ubaldino amicorum principi (elegia): *Octaui egregia qui tollis laude poetam - Gentis Ubaldinae gloria quanta tua est* (cf. Zannoni, l. cit., p. 118); [4] (f. 57) Berardino Ubaldino puero, op⟨timo⟩ ingenio praedito (epigramma): *Scire uelim quid agas - nobilitate dedi* (ed. Zannoni, l. cit., p. 120).

Codex, qui convenit n. 532 antiqui indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores rubras ac caeruleas alternas, initiales maximas aureas surculis coloribusque decoratas. In folii 2 marginibus, superiore et inferiore, binae tesserae gentiliciae Sfortiacae gentis, in superiore tessera cum angue in spiras verso et litt. *FR. SF.;* in inferiore tessera a tribus puerulis sustentata et in quatuor partes divisa in 1 et 4 anguis ut supra, in 2 et 3 aquila expansis alis. F. 1ʳ, 57ᵛ vacua sunt. In f. 53 subscr. *Finit... 1456.* (Descripsit codicem Zannoni, op. cit., p. 105, nota 2; cf. Frittelli, op. cit., passim).

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

709. Saec. XV, membran., mm. 256 × 178, ff. 75.

<Ioan. Ant.> Porcelli <Pandoni> carmina. **1** (f. 3). Feltriae libri I-III priores cum titulo: *Clarissimi militie imp. Federici Monfeltrii gesta pene divina per illustrem virum ... poetam laureatum.* Lib. I inc. *Magnanimum fidumque ducem pia signa gerentem,* lib. III des. *Imperat atque acies lunataque signa moveri* (fusius describuntur libri I-IX in cod. 710; sed in hoc post librum III alii quatuordecim hexametri adduntur, qui incipiunt: *Musa peracta mihi est tris euigilata per annos / Pheltria* ac des. *Et dabit* (idest Vergilius) *et Pheretrum tollet super ęthera nomen*); praeit (f. 1) auctoris dedicatio: *Divo Federico Monfeltrio claro militie imperatori et patri optimo Porcelius poeta laureatus feliciter* cum argumento trium librorum seu elegia: *De laude poetica quam etsi multis modis luserit tamen illam omnem in eius laudem convertit propter incredibilem uirtutem, immortalem prudentiam, animi magnitudinem et liberalitatem;* el. inc. *Ludimus interdum tenerosque fouemus amores* des. *Iura tui belli iuraque pacis ament* (De Feltria cf. Dennistoun, *Memoirs of the dukes of Urbino,* London 1851, 1, p. 209, 211, 432; Frittelli, l. cit., p. 77, n. 2; Zannoni, *Porcelio Pandoni ed i Montefeltro* in *Rendiconti d. r. dei Lincei,* Roma 1895, p. 492, n. 1). **2.** Elegiae et Epigrammata. [1] (f. 53v). Divae Baptistae Sfortiae de reditu viri ab hoste triumphato (elegia): *Quod rediit sospes uictorque ex hoste maritus - Seruauit iuuenes seruet et illa senes;* [2] (f. 55) Octavio Vbaldino vatum Deo et amicorum principi <de podagra octastichon>: *Plurima digna quidem, Octaui, dum dextra pararet - Non elegis opus est sed grauiore tuba;* [3] f. 55v) ex luco prope pestilentem Anchonam; de summa auctoritate et fide Federici Monfeltrij principis inclytique militiae imperatoris apud divum Pium II pont. max. habita et apud Venetorum principem et collegium cardinalium cum ageretur de assumptione novi pontificis propter divi Pii obitum. Anchonae, (poemation): *Dum Pius antistes contra parat arma secundus - Diua, tuo facili facilis gratulata marito* (cf. Zannoni, l. cit., p. 492); [4] (f. 64) Octavio Vbaldino poetarum cultori diligentissimo, de divi Pii deificatione et munere lyrae vati Porcelio redditae (elegia): *Si petis, Octaui, cur languida musa poetę est - A populo et patribus hoc breue carmen habe* (cf. Zannoni, l. cit., p. 109); [5] (f. 66) epitaphium Pii pont. maximi (epigramma): *Hic pivs Eneas situs est pater orbis et urbis - Prosequar ut ceptum iam tuba claudat opus;* [6] (f. 66v) ad lectores, cantus Musarum sub lyra Phoebi propter reditum divi Federici et divae Baptistae coniugis ad suos urbinates (elegia): *Iam redeunt ambo mea numina, nemo poeta - Tempora et ad notum flamina fata regant;* [7] (f. 67) diva Baptista Sfortia divo Federico Monfeltrio marito lepidissimo (epigramma): *Si querimur coniunx de te, mi causa*

querelae es - Me liceat cursus et tua castra sequi; [8] (f. 67v) *diuo* (pro diva) Baptista divo Federico coniugi dulcissimo (epigramma): *Sero licet coniunx redeas, Federice, meum cor - Causa, pię soluam uota pudicitiae;* [9] (f. 68) Porcelius poeta divo Federico domum reducto uxoris carminibus (tetrastichon): *Monstra domas, uincis duros, Federice, tyrannos - mollijt illa tui* (cf. Zannoni, l. cit., p. 498); [10] (f. 68v) *Illeodricum* (in Leodricum Crivelli) Orphea in latinum male vertentem (tetrastichon): *Vullem* (!) *equidem, Leodrice, Pio meliora dedisses - carmen habet uicium;* [11] (ibid.) Musa respondet Octavio ⟨Ubaldini⟩ petenti cur tristis esset (elegia): *Forsitan, Octaui, cur sim lachrymosa requiris - Integer est animus sit modo testa duplex;* [12] (f. 69) aenigma de graeco in latinum conversum (distichon): *Effugit laqueum defesso perditus auro - Quod qui perdiderat is subijt laqueum;* [13] (ibid.) iocosum carmen de fide servata in castris a divo Federico uxori pientissimae (elegia): *Diua tuum curas facilem reuocare maritum - Ut redeat sospes virque deusque tuus;* [14] (f. 70v) ampli⟨ssimo⟩ p⟨atri⟩ Hie⟨ronymo⟩ Staccola praesuli urbinati (elegia): *Hieronyme Urbino, dignissime pręsul, in agro - Sic patribus pręstes omnibus ipse senex* (cf. Zannoni, l. cit., p. 502); [15] (f. 71) divo Federico Monfeltrio cl. mil. imp., de bono poetae fato in senectute, (sc.) favor suae humanitatis (epigramma): *Iam superi - bina polo* (ed. Zannoni, l. cit., p. 506-507); [16] (f. 71v) ⟨hexastichon in claustrum ferarum⟩: *Claustra feras hęc tuta tenent densissima luco - properatis ad undas.*

Codex, qui convenit n. 530 antiqui indicis urbinatis, titulos praefert rubros, initiales maiores aureas coloribus ac lineis ornatas, initiales maximas aureas surculis coloribusque decoratas. In folii 3 tribus marginibus aurum, colores ac surculi egregie intexta sunt; in parte autem inferiore corona laurea, quam sustinent duo pueruli aligeri; in media corona aquila nigra expansis alis et capite coronato, hinc inde litterae F⟨idericus⟩ C⟨omes⟩. In margg. lemmata librarii manu. Ff. 72-75 vacua sunt.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

710. Saec. XV-XVI, chart., mm. 280 × 164, ff. 111 (+ f. 8a, 45bis; — 80-89a librario transactis, quare folia sunt reapse 103).

[7] (f. 64) ad Anthiam quod stulta admodum et inepta sit, quia faciem suam in tabella depingi tantopere cupiat: *Ecce nouis Helene - tempore Thais eris* (l. cit., f. 55); [8] (f. 64v) ad Marcum venetum, magnis laudibus eius ingenium prosequentem quaerentemque cur leviora consectando altiorem materiam non aggrederetur: *Me tua Marce nouo - ede poeta iocos* (l. cit., f. 44v-45); [9] (f. 65) pro canibus geminis parvis, quos divo Borsio Marcus Brunus dedit nomine Ponticoni eorum parentis (epigramma): *Nos tibi summe ducum Marcus dedit esse gemellos - Excipe nosque tui iam gregis esse iube;* [10] (ibid.) de tranquillo et quieto Borsii ducis estensis imperio: *Dulcia sepositis - orbe furit* (l. cit., f. 43v); [11] (ibid.) de marmorea columna, quam ferrariensis populus Borsio primo duci estensi ob eius egregias et singulares virtutes viventi ac benemerenti posuit: *Hanc tibi uiuenti - sacrabimus aras* (l. cit., f. 44v); [12] (f. 65v) de signis Borsii ducis in Hostollatensi turre depictis (hexametri tres): *Haec in honore tuo praeclara insignia Borsi - et te principe digna;* [13] (ibid.) de eiusdem signis in atrio Quartisanae depictis (hexametri quinque): *Signa uides hospes totum celebrata per orbem - Borsius acta parentum;* [14] (ibid.) epigramma in leonem ducis Borsii: *Clausus in extremis - iam tibi templa damus* (l. cit., f. 43v-44); [15] (f. 66) ad illmam et omnium virtutum genere praeditam Blancam Mariam estensem, virginem pudicissimam: *Aspice sidereo facilis - fidesque domum* (l. cit., f. 75-75v); [16] (f. 66v) ad eandem, cui Phillidem puellam hetruscam nobili loco natam, formaque et moribus insignem commendat: *O Latiae uirgo decus - futura tibi est* (l. cit., f. 75v); [17] (ibid.) epitaphium Thaddaeae puellae clarissimae nomine Victoris Pavonii coniugis amantissimi: *Impia te postquam - ossibus ossa tegat* (l. cit., f. 142v-143); [18] (f. 67) epitaphium pro Aloiso Brancacio campano extra aedem beatissimae v. ⟨Mariae⟩ prope urbem Ferrariam sepulto: *Quisquis adis magnae - sint tibi nota, uale* (l. cit., f. 142-142v). Liber V, [1] (ibid.) ⟨ad Pium II pontificem summum⟩: *Deseruit solito - barbara terra iugum* (l. cit., f. 57-60v); [2] (f. 70v) ad virum clarissimum et oratorem eximium Guarinum veronensem: *Si quis apollineum - quae praeferat auro* (l. cit., f. 45-46); [3] (f. 71v) ad ⟨Gasparem⟩ Tribracum mutinensem poetam: *Tribrace diuinum - non nouus hospes eris* (l. cit., f. 46v-47v); [4] (f. 72v) ad clarum virum Baptistam Guarinum...: *Non ita cum rapido - uinctior esse potest* (l. cit., f. 47v-49v); [5] (f. 74v) ad illustrissimam ac pudicissimam virginem d. Blancam Mariam estensem: *Aemula Pieridum - meruere coronas* (l. cit., f. 73-75); [6] (f. 76v) ad Mazzonum: *Dum uagus adriacis - funde preces* (l. cit., f. 52v-54v, sed in ms. carmen nonnihil differt et abundat disticho); [7] (f. 79) ad Carolum amicum suum optimum, quod Philiroen vehementer amet: *Si uigiles curae - aequora donec erunt* (l. cit., f. 81); [8] (ibid.) ad Ludovicum Santagnetum

(elegia): *Santagnete meos aiunt te ca⟨r⟩pere uersus - Nec minus inconstans inuidulusque potes;* [9] (f. 80) epitaphium viri clarissimi et oratoris eloquentissimi Guarini veronensis: *Hunc tibi consensu - umbra domos* (l. cit., f. 149); [10] (ibid.) pro eodem: *Hic ueneranda - mens pia fecit iter* (l. cit., f. cit.); [11] (f. 80^{v}) ironice ad Ser, hominem suavissimum: *Ser iocunde - et ipse uoles* (l. cit., f. 41); [12] (ibid.) epitaphium Obicii Costabilis adolescentis clarissimi (tetrastichon): *Obicius uiridi iacet hic exstinctus in aeuo - Et quisquis mores norat et ingenium;* [13] (f. 81) lamentatio de obitu Philiroes et eiusdem epitaphium: *Quo miser usque tuos - sustinuere decus* (l. cit., f. 81-84^{v}); [14] (f. 84) ad ⟨Lud.⟩Carbonem oratorem et poetam egregium: *An tibi non faueam? - non probat ingenium* (l. cit., f. 49^{v}); [15] (ibid.) epitaph. armipotentum virorum Thaddaei et Bertoldi ex illustrissima stirpe estensi progenitorum (hexam. octo): *Hic ueneti decus imperii et certissima quondam - Cognatos cineres sub eodem marmore clausit;* [16] (f. 84^{v}) epitaphium pro Margarita Peregrina: *Quae fuit exemplum - posse nega* (l. cit., f. 144); [17] (ibid.) epitaph. Ioannis Pelicani *prosonetae* (proxenetae) excellentissimi: *Hic Pelicane iaces - improbitasque fuit* (l. cit., f. 143); [18] (ibid.) in saxo quadrato ante fores basilicae Chartusiensis extra urbem Ferrariae: *Aspice sublimis - offitiosa ducis* (l. cit., f. 44^{v}); [19] (ibid.) in palatio Chartusiensi Ferrariae (tetrastichon): *Has quoque magnificis construxit sumptibus aedes - Semper ama et Borsi uenerabile nomen adora;* [20] (ibid.) ad Angelum Decembrem ⟨poetam solatur de raptu libelli carminum, elegia⟩: *Angele si quis erit lacrimosi plena doloris - Ad uiuas sitiens ipse recurris aquas;* [21] (f. 86) ad divum Borsium: *Dux genus a magna - in astra via* (l. cit., f. 46-46^{v}); [22] (f. 86^{v}) epitaphium divi Borsii: *Aurea fulserunt - orbis erat* (l. cit., f. 142). Liber VI, [1] (ibid.) ⟨ad divum Herculem⟩: *Sint licet, estensis - et benefacta tibi* (l. cit., f. 85-89^{v}); [2] (f. 91^{v}) in lapide quadrato ante portam Herculei septi: *Prata lacus - putabat opus* (l. cit., f. 90); [3] (ibid.) ad Platinum Platum: *Nostra licet uatum - iunxit, ama* (l. cit., f. 91-92^{v}); [4] (f. 93^{v}) ad eundem: *Titus Stroza tibi - ora, pudor* (l. cit., f. 92^{v}-95); [5] (f. 95^{v}): ad eundem: *Mille licet dulces - amore fides* (l. cit., f. 95); [6] (f. 96) ad divum Herculem ⟨epigramma, poscit in patriis plenum ius retinere bonis⟩: *Optime dux, quo non alius uel nomine maior - Haec sunt iusticia munera digna tua;* [7] (f. 96^{v}) ⟨ad divum Herculem, hexastichon⟩: *Tristis et immenso curarum pondere pressa - Ille animo uires ingenioque dabit;* [8] (ibid.) ⟨ad divum Herculem⟩: *Quam iuuat hanc operum - amare uelis* (l. cit., f. 95-96); [9] (f. 99) ⟨in lupum quendam, eius et aliorum ius invadere conantem, poemation, hexametri 1-525⟩: *Tandem uisus eras ueteris non immemor esse - Templa tibi Herculeasque lupum mactabit ad aras;* praeit (f. 97^{v}) epistola dedicatoria ad Herculem ducem estensem, quae inc. *Etsi te maximis curis implicitum et assiduis*

imperii occupationibus impeditum his nostris lucubrationibus obtundere minime conueniens esse ducam ac des. *commendatum habeas te uehementer oro. Bene uale, dux iustissime;* [10] (f. 107^v) ad clarum virum Hieronymum Castellum amicum optimum: *Accipe nectareos - cecidisse tuo* (l. cit., f. 51^v); [11] (ibid.) epitaphium pro revm̃o in Christo patre et domino d. Laurentio Roverella episcopo ferrariensi dignissimo: *Tu decus urbis - clausimus ossa, vale* (l. cit., f. 143^v); [12] (f. 108) carmen extempore coram Hieronymo Castello editum de abbate quodam epicureo: *Quid mecum tacitus mediter si queris amice - uiuere Hieronyme* (l. cit., f. 51-51^v, sed alia recensione). Liber VII, [1] (f. 108^v) ⟨ad divum Alphonsum puerum, genethliacon⟩: *Salue magne puer - nititur ire uia* (l. cit., f. 96-99, sed in ms. additur litteris rubris subscriptio: *Puer hic Ferrariae natus est X kal. Augusti, die dominica, hora XXIIII^a, Anno CCC^{o}LXXVI° supra mille*); [2] (f. 111^v) Baptistae Guarino viro clarissimo, amico optimo salutem (est epist. consolatoria de morte Paulae Guarini filiae, ubi multa etiam de familia Strozi) inc. *Siluester ciuis Rodigiensis, qui superioribus diebus istinc profectus ad nos rediit* des. *Rodigii. Kalendis Februarii MCCCCLXXVIIII;* [3] (f. 120^v) ad insignem et clarissimum equitem d. Zachariam Barbarum patritium venetum: *Barbare quem nemo - exuperare meum... Rodigii. Anno CCCCLXXIX supra mille* (l. cit., f. 99-101^v); [4] (f. 123) Longo et gravi morbo confectus beatum Bellinum suppliciter orat, ut in extremis rebus suis ei auxilium ferat; multaque narrat quibus per inanem visionem vi aegritudinis urgente deceptus, multis et variis terroribus exagitatis (!) ac demum animo resipiscens se ipsum consolatur et votis iterum insistit: *Belline aethereo - gratia lenta Deum est* (l. cit., f. 101^v-104, sed in ms. additur subscriptio litteris rubris: *Rodigii. X kal. Decembris MCCCCLXXVIIII^o*); [5] (f. 125^v) de Mustella Herculis filii et de eius praestantia, et conquestio in funere et pro eadem epitaphium: *Te ne igitur nobis - tibi dant tumulum* (l. cit., f. 71^v-72^v); [6] (f. 126^v) Isabellae estensis de Aragonia ad illustrissimum dominum Franciscum Gonzagam coniugem amantissimum in eiusdem reditu Ferrariam congratulatio: *Non ita seruato - perget amor* (l. cit., f. 104-105); [7] (f. 127^v) lamentatio in funere Gasparis Toxici sub alieno nomine: *Illa tuos, Gaspar - dissimulanda mei est* (l. cit., f. 72^v-73); [8] (f. 128) ad divum Herculem: *Ponere templa deis - Hercule digna duce* (l. cit., f. 105-106); [9] (f. 129) epitaphium pro Ginebra Castella: *Clara bonis animi - uivere posse negat* (l. cit., f. 144^v). Liber VIII, [1] (idid.) ⟨ad Ioannem Picum mirandulanum cum omnia arderent crudeli bello⟩: *Titus amicitiae uinclis - displicuere uelis* (l. cit., f. 106-111); [2] (f. 136^v) ad doctissimum virum Lucam Ripam ⟨epigramma laudatorium pro carminibus⟩: *Non erat ignotum nobis cultissime Ripa - Tu recto sequeris fasque piumque gradu;* [3] (f. 137) ad generosum et eruditis-

simum adolescentem Ioannem Mozarellum (! in ed. Alexandrum Baptistae Guarini filium): *Quod mihi misisti - et sine lite precor* (l. cit., f. 113ᵛ-114); [4] (f. 138) ad Paulum poetam flagitatorem in Postumum: *Paule tuas* (! tuis) *angor sine fine laboribus ac te - me dare posse negem* (l. cit., f. 114-114ᵛ, sed in ms. alia recensione); [5] (f. 138ᵛ) pro Ioanne Romeo ferrariensi equite clarissimo (dodecastichon): *Hunc sibi Ioannes tumulum Romeus et aram - Atria, bis septem lustra peracta seni.*

Codex, qui convenit n. 533 antiqui indicis urbin., titulos habet rubros, initiales maiores aureas coloribus et lineolis, initiales maximas aureas floribus ac stellulis aureis decoratas. Folii 1 tres margines floribus, stellulis aureis ornati sunt; in parte inferiore tessera gentilicia urbinas quatuor aquilis, vexillo pontificio ac litteris F⟨riderici⟩ D⟨ucis⟩ praedita; margines f. 19 simili ornamento, quod in f. 1, decorati sunt; in parte inferiore tamen loco tesserae gentiliciae picti sunt mediocri arte duo lepores. Ff. I-III, 139, 140 vacua sunt.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Gregorii XVI.

713. Saec. XV, membran., mm. 252×161, ff. II. 80.

Platini Platae (Piattino Piatti) carminum libri I-VII. Liber I, *Ferrariensis,* [1] (f. 3) ad illustrissimum principem et excellentissimum Calabriae ducem divum Alphonsum iuniorem de Aragonia (sapphicon): *Ibis o felix nimium libelle - Non ope nostra;* praeit (f. 1) epistola dedicationis: *Magnanimo ac excelso principi et armorum imperatori clarissimo d. Federico Monfeltrio Urbini duci praestantissimo,* quae inc. *Cum extra apenninum et alpes, illustrissime princeps, propediem, ut spero, profecturus sim in Heduorum fines me recepturus* ac des. *Vale mea uirtus, altera nostri aeui gloria,* clauditur quatuor hexametris: *Dux tua bellipotens Heduis uenerabor in oris - cui Gallia cessit;* [2] (f. 3ᵛ) ad divum Alphonsum iuniorem de Aragonia... (elegia): *Mos fuit eois nunquam sine munere Persis - carmine partus amor;* [3] (f. 4) ad divum Alphonsum iuniorem de Aragonia... (hexametri 1-88): *Nostra reuoluenti mihi tempora nuper obortae - Quod superest tibi se cum carmine dedicat auctor;* [4] (f. 6) ad illustrissimum Ferrariae ducem divum Herculem Estensem (elegia): *Rex sacer Italiae moderator et arbiter, idem - Tu quoque ab Alphonso moribus alter avo;* [5] (f. 6ᵛ) ad divum Sigismundum Estensem (decastichon): *Nuncia connubii regalis epistola princeps - Te tua Parthenope tardet alumna, timent;* [6] (f. 7) ad Paulum Antonium Trotum Mecoenatem (epigr.): *Pollio Paule mihi vacuum si tempus habebis - Coepta sequar iussis destituamque tuis;* [7] (ibid.) ad Iacobum Trotum auratum equitem insignem (elegia): *Parthenopes a rege sacro venere tabellae - Te simul ergo ducem qui venerantur ament;* [8] (f. 8) ad Paul. Ant. Trotum Mecoenatem (decastichon): *Tu quoque Moecenas avidissime honoris et alti - Primus apud primum*

prole fatente ducem; [9] (ibid.) ad Ugulotum Facinum ducalem ad regem m. oratorem (epigr.): *Dorica cum forti per castra reversus Achille - Excelsam famulo conciliare mihi;* [10] (f. 8^{r}) ad illustrem Guilelmum Moferratum march. Montisferrati (epigr.): *Iam tibi lapsa fides vel inertia crassa videri - Et comites et iter Parthenopemque loquar;* [11] (f. 9) ad Nicolaum Contrarium equitem magnificum (epigr.): *Iam mihi per centum renovatae cornua lunae - Lumina sollicito hoc da, Nicolae, Plato;* [12] (f. 9^{r}) ad insignem vatem Titum Vespasianum Strozam (epigr.): *Te languere domi dudum mihi rumor acerbus - Lux Tite Pieridum publica causa facit;* [13] (f. 10) ad Iacobum Aziolum amicum optimum (elegia): *Bruma licet nebulis infecerit aera densis - Iamque duces nostri praemonuisse velis;* [14] (f. 10^{r}) in bacchanalibus divi Martini (elegia): *Bacche tuos lynces age curru, Bacche, citato - Tu modo agri uites fertilis huius ama;* [15] (f. 11^{r}) ad clarissimum Ugulotum Facinum ducalem oratorem (epigr.): *Malo vir insignis tecum importunus haberi - Quem cano nil ultra nostra camena petit;* [16] (f. 12) ad Angelum Probum apud Venetos oratorem regium clariss. (epigr.): *Angele seu moti quadam ratione parentes - Saepe tui, fies tu quoque saepe mei.* Liber II, *Ferrariensis,* [1] (f. 12^{r}) ad ... divum Alphonsum iuniorem de Aragonia... (elegidion): *Rite licet veterum caderet de more Tonanti - Quippe tuo ingenium pendet ab ore meum;* [2] (f. 13) divo Herculi Estensi Ferrariae duci (elegia): *Romulidae prisci cum res angusta recensque - Tu fidei flammas experiare meae;* [3] (f. 14) divo Sigismundo Estensi (decastichon): *Ut cum lucifero sol nascitur aureus orbi - Fraterno Polux numine daque tuo;* [4] (f. 14^{r}) Paulo Ant. Troto Mecoenati (decastichon): *Si mihi grandiloqui tuba detur olympica uatis - Hinc mihi Mecenas auxiliator eris;* [5] (ibid.) In maledicentissimum quendam carpentem matronas ferrarienses (elegia): *Dira bonos armant odiumque proterva merentur - Matronale decus ferrariense rapis;* [6] (f. 16^{v}) ad Iacobum Trottum equitem insig. (epigr.): *Tristis ut audieram, quis enim non horreat ausum - Patricii, pugnant lux tenebraeque simul*; [7] (f. 17) inclytae Blancae Mariae Estensi (epigr.): *Blancha quod eniteas sine labe canenda virago - Hac miranda domus esse beata potes;* [8] (f. 17^{r}) ad Catherinam et Lucretiam mirandulenses sorores venustissimas (epigr.): *Si duo virginei sileam vos lumina cętus - Virtutum studiis tempora longa datae;* [9] (f. 18) illustri Federico de Saluciis apostol. protonotario (elegia): *Hactenus Aonidas Estensis in Herculis aula - Principibus diuis aethra serena mihi;* [10] (f. 18^{v}) ad inclytum Galeotum Manfredum (epigr.): *Multa super priscis memorans here vatibus ibas - Nescio, sero legi cerea poma solent;* [11] (f. 19) Matthaeo Mariae Boiardo comiti magnifico (elegia): *Intempestiva licet utar arundine tecum - Ut Phoebi miles lux utriusque vale;* [12] (f. 19^{r}) Borsio Corrigiensi, generoso adolescenti (elegia):

Borsi Corrigiae flos nobilitatis imago - Cum patre magnanimo, cum genitrice vale; [13] (f. 20) ad Leonardum Griphum eugobiensem episcopum (elegia): *Ad quascunque uices fortunae immitis acerbas - Vive, tuo fueras sisque quod ante Plato;* [14] (f. 21) ad Titum Vespasianum Strozam vatem celeberrimum (epigr.): *Lux, Tite, Pieridum qui toto pectore Phoebum - Curriculo meritum si bene detur obit;* [15] (f. 21ᵛ) ad T. Vespasianum Strozam (epigr.): *Cum te pulchra suum Ferraria nolit abesse - Non Tite rem curas, non modularis, amas.* Liber III, *Ferrariensis,* [1] (f. 22) ad illustrissimum principem divum Alphonsum de Aragonia Calabriae ducem ... (epigramma): *Ut duce conspecto redit in certamina miles - Moliar ut meritis digna aliquando tuis;* [2] (f. 22ᵛ) ad illustrem Gulielmum Monferratum marchionem Montisferrati (sapphicon): *Dum volo tecum celer esse princeps - Pectore fido;* [3] (f. 23) ad illustrem Guilelmum Monferratum march. Montisferrati. De ingressu divi Herculis Estensis in urbem Venetiarum (elegia): *Heroum, princeps excellentissime, proles - Cuius et Alcidae munere tutus eo;* [4] (f. 26) ad excelsum Ludovicum march. Saluciarum (epigr.): *Saeva mihi dulcem patriam fortuna negauit - Omnia, si quid in hac forsitan urbe uelis;* [5] (f. 26ᵛ) ad Matthaeum Tomasium senensem patricium (elegia): *Urbem aditam herculea Venetorum classe rogasti - Sintque tuo qui me fac rogo noscat hero;* [6] (f. 27ᵛ) in eglogam T. Vespasiani Strozae poetae (epigr.): *Qualis oues inter patulaque sub arbore lentus - Vendicat, alter adest hic Maro, teste Plato;* [7] (ibid.) ad T. Vespasianum Strozam vatem (elegia): *Exspectata diu tua me, clarissime vates - Foedus amiciciae dulce piumque vale;* [8] (f. 29ᵛ) ad P. Candidum Decembrem virum insignem (epigr.): *O qui nomen habes ex re mihi Candide semper - Pone modum uoto, Candide Petre, meo;* [9] (ibid.) ad eundem (hexametri 1-12): *Ominibus faustis videor mihi fata novasse - Pectoribus, ne tempus iners mihi prorsus agatur;* [10] (f. 30) ad eundem (decastichon): *Vidimus Ambrosii nascentis adusque senectam - Candide da veniam nec minus affer opem;* [11] (ibid.) ad eundem (sapphicon): *Terminos urbis dominantis orbi - Te colit unum;* [12] (f. 30ᵛ) ad Prosperum Camulium protonotarium (epigr.): *Noster ouans Heduis, Baptista, reversus ab oris - I celer alitibus Prosper iture bonis;* [13] (f. 31) ad Franciscum Bentium senensem physicum singularem (decastichon): *Physice principibus medicinae aequande vetustis - Sis memor insignes pluris habere viros;* [14] (ibid.) ad Baptistam Guarinum doctorem suum (decastichon): *Non tecum meritis etenim tibi digna referre - Cui credas animae pignus inesse meae.* Liber IV, *Ferrariensis,* [1] (f. 31ᵛ) oraculum divi Francisci Sforziae Insubrium olim... ducis, ad illustrissimum Alphonsum Aragonium Calabriae ducem (hexametri 1-51): *Prima coronati proles, Alphonse, parentis - Enumerabis, aui fortunam denique vinces;* [2] (f. 32ᵛ) sub adventum

Natalis Dominici (epigr.): *Quam iuvat in tuto ueterum meminisse malorum - Quis mihi certabit de grege, Phoebe, tuo?;* [3] (f. 33) eulogium in tumulo divi Borsii Estensis (dodecastichon): *Qui fuit hoc alter discordi tempore Caesar - Scandit, ibi Alcidae Borsius acta probat;* [4] (f. 33ᵛ) in pagum illustris Blancae Mariae Estensis (hexastichon): *Qui Saluadonicam rus hoc dixere priores - Mandavit moriens esse sororis opes;* [5] (ibid.) ad Baptistam Guarinum oratorem clariss. (elegia): *Est hominis proprium tempus pretiosa supellex - Mox ad te, meriti debitor huius ero;* [6] (f. 34) ad eundem (elegia): *Et legi et stupui sublimia carmina vatis - Optime et orator perge iuuare Platum;* [7] (f. 34ᵛ) ad eundem (elegia): *Audiui et dolui casu perculsus acerbo - Conditio, virtus est adhibere modum;* [8] (f. 35ᵛ) ad eundem (epigr.): *Si decus artifici gemmis auroque labore - Scripta meum calabro munus itura Duci;* [9] (f. 36) ad eundem (hexastichon): *Castigare meum signando perge poema - Ut Baptista duci cui cano surgat opus;* [10] (ibid.) ad Ludovicum Carbonem poetam clariss. (epigr.): *Carbo licet tua sint priscis aequanda poetis - Teque inter raros me numerare viros;* [11] (f. 36ᵛ) ad Lazarum Malaspinam adolescentem clarum (decastichon): *Lazare, te carui solem unum, rumor acerbus - Pectora virtuti non inimica geret;* [12] (f. 37) ad eundem (elegia): *Iam mihi gymnasii sine te Ferraria nutrix - Incolumem si uis hic reperire Platum;* [13] (f. 37ᵛ) ad eundem (octastichon): *Lazare Blanca tuam laudavit Dia camoenam - Lazare, sed genii da sine fraude tui;* [14] (ibid.) ad Seraphin Castellionem divini verbi praeconem praestantiss. (epigr.): *Assecla Francisci, Seraphin pater optime, diui - Coenobio, cuius musa perennis ero;* [15] (f. 38) ad Ludovicum Paruttum (epigr.): *Insignes debemus heros prope degere semper - Si moliris iter tutor amoris abi;* [16] (f. 38ᵛ) ad Matthaeum Canalem iuris pontificii et musarum cultorem (elegia): *Si potes arentem fortassis dicere Nilum - Iungere amiciciam, parque referre pari;* [17] (f. 39ᵛ) ad eundem (dodecastichon): *Dum peto Mathaei Canalis, musa, penates - Nec mens una satis pluribus esse potest;* [18] (f. 40) ad Iacobum Balianum legum professorem eruditum (epigr.): *Nec tua me lento petiit pede musa, nec unquam - Te sine moliri nil Ludovice uelim;* [19] (f. 40ᵛ) in Io. Bellum venetum pictorem egregium (distichon): *Belle potes nobis - qui facis ora tuo;* [20] (ibid.) in leporarium divi Herculis (tetrastichon): *Nostra suum Alcidem - Sed meliora manent;* [21] (ibid.) in tormentum bellicum divi Herculis (distichon): *Conflauere ducis - Hercule strages;* [22] (ibid.) in idem (distichon): *Cum uolet Alcides - diruta cuncta dabo;* [23] (f. 41) ad Anthenorem (dist.): *Accipe mora pii - vester amor;* [24] (ibid.) ad Lucam Regiensem doctiss. (hexastichon): *Viderit haec Baptista licet mea musa Guarinus - Hinc Luca in nostro pectore semper eris.* Liber V, *Ferrariensis,* [1] (ibid.) oraculum divae Blancae Mariae ducis olim Insubrium...

ad illustrissimam filiam Hippolytam Mariam ducem Calabriae (elegia): *Nata perenne decus functorum luce parentum - Annuis, augebis gaudia nostra, vale;* [2] (f. 42) ad magnificum Nicolaum Mariam estensem (dodecastichon): *Pallade posthabita totoque Elicone relicto - Gaudet Nicoleo turba togata suo;* [3] (ibid.) ad Io. Thomum Platum patruum (elegia): *Patrue plus aequo tacuit mea segnis arundo - Resque meas patria mente tuere precor;* [4] (f. 43) ad eundem (octastichon): *Patrue si officio te non offendo, salutem - Complectare uirum meque fovere putes;* [5] (ibid.) ad eundem (epigr.): *Qui modo Pythagorae potui parere silendo - Vivite et in primis, care Cribelle, vale;* [6] (f. 43v) ad Anastasium fratrem, legum scholarem (epigr.): *Forsan Ulyxeis erroribus ire per urbes - Eliciam, primo uere uenito, vale;* [7] (f. 44) ad eundem (elegia): *Quod dederis plures ad me, germane, tabellas - Fastus, et dic par velle referre pari;* [8] (f. 45) in quendam desertorem amicitiae (decastichon): *Tu licet assiduo borea velut unda tumescas - Hanc odere mali, caetera turba colit;* [9] (ibid.) ad Gerardum Cerutum amicum optimum (epigr.): *Iam potes et merito, Cerute vir optime, nostras - Excussisse queant te mihi corde, vale;* [10] (f. 45v) ad Ludovicum Pictorium suavissimum (epigr.): *Quod mea Baptistae non contemnenda Guarino - Tu iuuenis praestans, optimus ille virum;* [11] (f. 46) ad eundem (hexastichon): *Si maneret honos ut ais, Ludovice, Guarino - Vir bonus, orator, rhetor honosque lyrae;* [12] (ibid.) ad eundem (epigr.): *Thrax licet ipse tibi, Ludovice, Sycamber et omnis - Cura mihi et sotio mutua semper eris;* [13] (f. 46v) ad Octavium Cleophilum ariminensem vatem (epigr.): *Vatis ariminei postquam libauimus ora - Addidimus, redamem te nisi, tigris ero;* [14] (f. 47) ad eundem (sapphicon): *Nullus in pratis modus est amoenis - Musa loquetur;* [15] (f. 47v) ad Antonium Constabilem (octastichon): *Antoni, licet egregio me carmine tollas - Caetera virtuti sunt tribuenda tuae;* [16] (ibid.) ad Sebastianum Lugensem (octastichon): *Grate novem musis cui multum debeo salve - Dicar ego, et referam pignora quanta uoles;* [17] (f. 48) ad Franciscum La. regiensem (dodecastichon): *Non ita bellator sonipes in praelia fertur - Parcius, et calamo saepe reuise Platum;* [18] (f. 48v) Tito Stróciae poetae illustri (elegia): *O Tite si mores alios quam nomen haberes - Crediderim, sed erunt sidera caeca prius;* [19] (f. 50) ad gloriosissimam Virginem Dei Max. Opt. matrem (elegia): *Dum mea castigo bis carmina terque / perurit - Pignoris effigiem dicor habere tui;* [20] disticha sententiosa 1-42, [a] (f. 51) *Malo probi nomen - praeposuisse rei;* [b] (ibid.) *Ad maiora sumus - hora breuis;* [c] (ibid.) *Qui peccare potest - anteferendus auis;* [d] (ibid.) *Qui uolet incolumis - robur alit;* [e] (ibid.) *Ore manuque decet - mensa uirum;* [f] (ibid.) *Mellifluos quicunque cibos - nectaris instar habet;* [g] (f. 51v) *Sunt Veneris - uacare sacris;* [h] (ibid.) *In uita melius - perdomuisse leues;* [i] (ibid.) *Fri-*

gus iners - pauperiesque magis; [j] (ibid.) *Omnia uult fieri - ineptus erit;* [k] (ibid.) *Consilium solet - aggrediare nihil;* [l] (ibid.) *Si sit opus factu - sors inopina fugit;* [m] (ibid.) *Ne cruciere mora - plena metu;* [n] (f. 52) *Crede mihi - tutius esse puto;* [o] (ibid.) *Infelix qui seruit - littus arat;* [p] (ibid.) *Qui tibi non prodest - utere amiciciis;* [q] (ibid.) *Videris egregia - regibus esse parem;* [r] (ibid.) *Ne uincare malis - ubique tui;* [s] (ibid.) *Si tibi non cedunt - uictor eris;* [t] (f. 52ᵛ) *Aeger in aduersis - abesse malis;* [u] (ibid.) *Si desiderium patriae - orbe patet;* [v] (ibid.) *Nulli confidas - fide tibi;* [x] (ibid.) *Vis audens - esse putes;* [y] (ibid.) *Frena voluptatum - ingeniique labor;* [z] (ibid.) *Qui uitiis desuesse - temperet ille sua;* [α] (ibid.) *Gratia nulla tibi - placuere doli;* [β] (f. 53) *Quem semel infidum - crede nihil;* [γ] (ibid.) *Vis torquere - memoranda foris;* [δ] (ibid.) *In duris reuoces - dolore minor;* [ε] (ibid.) *Spem longam - instar habet;* [ζ] (ibid.) *Malo meum - iste negat;* [η] (ibid.) *Nec mediocris honos - cura vigil;* [θ] (f. 53ᵛ) *Crede mihi - instar habet;* [ι] (ibid.) *Si dare sit facilis - irreprehensus erit;* [κ] (ibid.) *In castris nihil utilius - cohibere suos;* [λ] (ibid.) *Qui bonus est miles - agatur equo;* [μ] (ibid.) *Armis et sceptris - cornipedique tubae;* [ν] (ibid.) *Principibus doctis - ligustra rosis;* [ξ] (ibid.) *Artibus ingenuis - inde uenit;* [ο] (f. 54) *Ingenio locus - teneare colas;* [π] (ibid.) *Non procul est - nil superesse rogis;* [ρ] (ibid.) *Principis ingenium - ille uiros.* Liber VI, *Ferrariensis,* [1] (f. 54ᵛ) ad ill. ducem Calabriae divum Alphonsum iuniorem... (elegia): *Forte sub exactum volui finire decembrem - Mars et in hac magnos vult statione duces;* [2] (f. 55) ad illustrem et excelsum... Federicum Montisferetri Urbini comitem et armorum imperatorem (hexametri 1-161): *Unde virum canere incipiam dic musa potentem - Si mihi non uultis rebus servate latinis;* [3] (f. 58ᵛ) ad eundem (elegia): *Si tibi sunt ut erant, princeps clarissime, quondam - Mancipium, serui sis memor ipse tui;* [4] (f. 59ᵛ) ad eundem (dodecastichon): *Si modo nostra tibi similes, Federice, tulissent - Insidias, praesens tu mihi numen eris;* [5] (ibid.) ad eundem (epigr.): *Poscere celestes bona sola monemur, at ipsi - Sic novus Alcides tu quoque semper eris;* [6] (f. 60) ad eundem (epigr.): *Et potes et debes, o Martis et inclyta Phoebi - Plectra, quibus vates, miles et unus ero;* [7] (f. 60ᵛ) ad eundem (epigr.): *Dum tibi languidulis fidibus meditamur honorem - Non aspernantur dona minora Dei;* [8] (f. 61) ad eundem (asclepiadei minores 1-11): *Fastidire meam te nisi videro - Quod securus amem, te duce moliar;* [9] (ibid.) ad eundem (sapphicon): *Messor algenti recreatur umbra - Carmine tempus;* [10] (f. 61ᵛ) ad eundem (elegia): *Quom tibi (Pieridas etenim sectamur uterque) - Iudice ero tutus teque parente meo;* [11] (f. 62ᵛ) ad libellum recessurum (elegia): *De manibus domini properas exire libelle - Rure satus facito ne videare liber.* Liber VII ad... Federicum Montisferetri Urbini comitem, [1] (f. 63) dedicatio (elegia): *Si genus humanum*

sine crimine uiueret insons - Militis et vatis sit tibi cura tui; [2] (f. 64) insigni equiti d. Iacobo Troto (elegia): *Hactenus indixit mihi longa silentia Clio - Quid via difficilis, quid sibi musa velit;* [3] (f. 66) ad eundem (epigr.): *Iam tua ni fallor mens de me est aegra parumper - Et potero pugnas fortis obire nouas;* [4] (f. 66ᵛ) divo Alphonso Aragonio duci Calabriae (epigr.): *Discedo tuus o princeps venerator et ardens - Quom tuus implerit uota benigna pater;* [5] (f. 67) ad clarum adolescentem Lazarum Mallaspinam (dodecastichon): *Quamvis aereas equitet mea musa per alpes - Arte machaonia praestat et Hippolytus;* [6] (f. 67ᵛ) ad eundem (elegia): *Iam relegebamus dimissi a rege Sicano - Et mecum longas increpat illa moras;* [7] (f. 68) card. s. Sixti ⟨Petro Riario⟩ (dodecast): *Erat Alexandri qui munera sola recenset - Omnia caesareo pectore digna facit;* [8] (ibid.) in Florentiam urbem praeclarissimam (epigr.): *Semper apud veteres habita est Aetruria mater - Laurentem in primis, quem stupet orbis, ama;* [9] (f. 68ᵛ) Laurentio Medici patricio Florentiae primario (dodecastichon): *Sis licet Etruscae, Laurenti, gloria gentis - Sed comites in equos iam saliere. Vale;* [10] (f. 69) in Laurentium Medicem magnificentissimum (distichon): *Cur tibi Laurenti - saecula nostra diu;* [11] (ibid.) ad eundem (distichon): *Quantum opibus Laurens - hospitioque duces;* [12] (ibid.) ad excellentissimum iurisconsultum d. Franciscum Aretinum (hexastichon): *Fert Aretinum mea musa videre Solonem* (ed. Zannoni, *Scritti inediti di Lorenzo Valla* in *Rendiconti d. Accad. d. Lincei* 1890, 2° sem., p. 365 in nota); [13] (ibid.) ad generosum adolescentem d. Lazarum Mallaspinam (epigr.): *Lazare magnificos repetes generose parentes - Commendes, valeat frater et ipse vale;* [14] (f. 69ᵛ) ad P. Candidum Decembrem virum clariss. (octastichon): *Nostra laboranti praesentia, Candide, morbo - Qui veniam exorent ut veniamque sonent;* [15] (f. 70) ad eundem (tetrastichon): *Quae fuit in pilo tibi, Candide, manat ab ore - Et minus, hoc quo dux tempore noster abest;* [16] (f. 70) cardinali s. Sixti (decastichon): *Nec satis est quod Roma tibi debere fatetur - Quando quidem meritis debet uterque tuis;* [17] (f. 70ᵛ) ad insignem equitem d. Iacobum Trotum (elegia): *Cognita fortunae non aequa potentia saevae - Te propter celebres inter habenda domos;* [18] (f. 71ᵛ) ad d. Angelum Probum regium apud Venetos oratorem clariss. (elegia): *Angele qui nomen cognominis usibus imples - Ut fruar aspectu vir generose tuo;* [19] (f. 72) ad eundem (sapphicon): *Errat et mecum peregina* (l. peregrina) *vivit - Fer rogo vinci;* [20] (f. 72ᵛ) Tito Strozae poetae illlustri et equiti clariss. (elegia): *Non ea amiciciae Tite sunt mihi foedera tecum - Inclyte doctori dede poeta meo;* [21] (f. 73) clariss. et singulari viro d. Francisco Buzacarino (elegia): *Si timor Aesonidem tenuisset, ad aurea nunquam - Ascribo meritis vir celebrande tuis;* [22] (f. 74ᵛ) ad spectabilem d. Oliverium Buzacarinum (decastichon): *Quae mihi fama tuum*

vulgarat amica poetam - Quod mihi si dederis regna dedisse putem; [23] (ibid.) ad eundem (epigr.): *Si mea musa velit meritas tibi dicere grates - Hinc decus omne meum Buzacarinus erit;* [24] (f. 75) ad Georgium Alexandrinum ⟨Merula⟩ rhetorem praestantiss. (octast.): *A prima dilecte mihi lanugine rhetor - Huius ero meriti tempus in omne memor;* [25] (ibid.) ad Io. Andream Probum adolescentulum clariss. (hexastichon): *Tam bene magnificum sectaris ad omnia patrem - Dii tibi dentque patri saecula longa tuo;* [26] (f. 75ᵛ) ad clarum Io. Quartanum Hasuleum (decastichon): *Non ego praeceptor sed ero comes ire volenti - Perge, regam passus scriba diserte tuos;* [27] (ibid.) ad eundem (decastichon): *Ex adytis Phoebi si quis mihi numine plenus - Si par muneribus sit mea musa tuis;* [28] (f. 76) in quartum librum Ricardi impressum Venetiis (octastichon): *Christophorus veneta Renaldus in urbe, Ricardi - Et praeceptores dogmatis ambo sacri;* [29] (ibid.) ad magnificum d. Guilelmum ill. ducis Burgundiae clariss. oratorem (hexametri 1-12): *Non modo trans alpes Heduae clarissime gentis - Quam tibi plura, meo si voto protinus adsis;* [30] (f. 76ᵛ) ad eundem (epigr.): *Reddiderint quamvis tua me promissa beatum - Nec Cinea eloquio, vir generose vale;* [31] (f. 77) ad clariss. d. Franciscum Buzacarinum (tetrastichon): *Si tua cognovit - ferre neges;* [32] (ibid.) ad libellum (dodecastichon): *Sub duce testifero torpente senilibus annis - Ne sinite immemores nominis esse mei;* [33] (f. 77ᵛ) ad Cornelium cornetanum doctiss. (octastichon): *Non ego sum fateor tibi longo tempore iunctus - Odi quas nectit pars inimica moras;* [34] (ibid.) Tito Strozae poetae excellentiss. (elegia): *Ludere iam mecum poterit fortuna videri - Divinum referat qui patris ingenium.* Infra: *Mutinae.*

Codex, qui convenit n. 535 antiqui indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas, initiales maximas aureas surculis coloribusque decoratas. Mutinae scriptus est, uti e subscriptione f. 78ᵛ erui posse videtur. Folii 1 margines dexter et sinister lineis aureis, globulis ac floribus ornati sunt, margo superior surculis et coloribus, margo inferior duobus circulis, in quibus duae aves arborum truncis insidentes et campi, egregie manu italica picta; inter duos circulos inserta probabiliter alia manu et aliquantum posteriore tessera gentilicia urbinas duabus aquilis praedita. Ff. I, II. 79, 80 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

714. An. 1582 (cf. f. 7), chart., mm 270 × 208, ff. I. 34.

Macci Sebastiani durantini Dimitrisymphonia (poema mythologicum, cosmologicum elegiaco metro) ad Franciscum Mariam ⟨II⟩ Urbini ducem serenissimum. Inc. (f. 10) *Fata piae Cereris gestumque per ocia bellum.* Des. *Per caua Letheas nubila fudit aquas*; praeeunt [1] (f. 1) auctoris dedicatio: *Fran-*

cisco M. ⟨II⟩ *urbinatum duci serenissimo ac omnium litterarum peritissimo*, quae inc. *Plane intelligis, serenissime princeps, duo esse hominum genera, alterum indoctum et agreste, quod anteferat semper utilitatem honestati* ac des. *et dulce decus meum. Dat*⟨um⟩ *ex Municipio Durantino. Idibus Quintilis. MDLXXXII;* [2] (f. 7^{v}) Alexandri Arduini pisaurensis in Dimitrisymphoniam carmen (sc. epigramma ad Franciscum Mariam Urbini ducem): *In gelidas ripas, caelestia rura, Metauri - Fiat ut hac, princeps, gratior arte tibi;* [3] (f. 8) alterum eiusdem Arduini epigramma (octastichon): *Persephonem postquam rapuit Saturnius heros - numinibusque potens;* [4] (f. 8^{v}) Benedicti Panetii durantini ad Sebastianum Maccium (dodecastichon): *Duxit ad aethereas per uasta cacumina sedes - nil ibi Momus habet;* [5] (f. 9) Sebastiani Maccii in suam Dimitrisymphoniam carmen (decastichon, argumentum): *Hic uarii rerum casus sortesque canuntur - Dicitur exiguis sed tamen arte modis.*

Codex, littera currenti ipsa auctoris manu exaratus est, uti ex aliis codicibus ipsius Macci demonstratur. In f. I^{r} titulus. Ff. I^{v}, 9^{v} vacua sunt.
In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX Pont. Max.

715. An. 1561 (cf. f. 1^{v}), chart., mm. 281 × 215, ff. I. 25.

Ioannis Andreae Palatii mondainensis et civis eugubini Vbaldus (seu de gestis s. Ubaldi ep. eugubini, poema versibus hexametris). Inc. (f. 2) *Natales, studia et mores uitamque beati / praesulis.* Des. *Pontificem ad magnum romanamque et mittere ad urbem;* praeit (f. 1) auctoris epistola *illm̃o et excellm̃o principi Guidoni Vbaldo* ⟨II⟩ *Feltrio de Ruuere urbinatium duci,* quae inc. *Cum ego proximis superioribus diebus, princeps illm̃e, libellum hunc, quo omnia pene diui Vbaldi antistitis eugubini gesta... ad Hieronymum Mannellum Nucerinorum episcopum, cuius domo alitus sum... legendum misissem* ac des. *Vale princeps inuictissime. Eugubi MDLXI* (idem opus habes in cod. 734; Eugenius Michael Angelus eugubinus in *Vita di s. Ubaldo* etc., Roma 1628, in indice praevio opera recenset, quibus in sua conscribenda vita usus est et hoc poemation inter impressa numerat, sed nullam ed. laudat).

Ff. I^{v}, 22^{v}-25 vacua sunt.
Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XIX.

716. Saec. XV, membran., mm. 203 × 130, ff. 59.

Ludovici Lazzarelli severinatis poetae laureati de gentilium deorum imaginibus (libri I-II, elegiaco metro) *ad illustrem dominum. d. Fedricum Fereticem urbini ducem et c*⟨omitem⟩. Lib. I inc. *Cui dedit aeternum bello victoria nomen,* des. *Mansit odor, mansit colloquiique lepos;* (f. 31) lib. II inc. *Et tetigit primos*

festino remige portus, des. *Rite tuas, summa te quoque laude canam;* deinde f. 55v ⟨elegia de Friderici urbinatis morbo ac sanatione⟩, quae inc. *Heu opus aduersus poteris ne resistere rebus?... Dux meus heu lecto languidus incubuit* ac des. *Efficias famulum diligat ille suum.*

Codex pro alio principe, fortasse Ferdinando Aragonio, scriptus videtur, quod eruitur ex imperfecta emendatione litterarum tituli atque e tessera gentilicia abrasa necnon e nomine *Frederice* superscripto, altero eraso, in f. 1v versu I, in f. 55 v. 13 et alibi. Quare conicio hunc codicem fuisse emptum ad substituendum alterum eiusdem auctoris (nunc 717), qui, uti e nota eruitur apposita in indice antiquo urbinate (n. 537), aliquandiu e bibliotheca urbinate exulaverat. Tituli sunt litteris aureis, etiam aureae initiales maiores coloribus, maximae autem, prima floribus, altera in f. 31 aligeris cupidinibus inter flores ornata. Folii 1 et 31 quatuor margines floribus, coloribus, gryphis, hippocampis, sirenibus instrumenta musica pulsantibus decorati sunt. Insuper his picturis tabularibus, non ad unguem perductis arte mediocri italica, folia picta cum floribus et ramis ornantur. 1 (f. 6v). Pictura quae inscribitur *Prima causa,* in corona laurea circuli caerulei idest universus circulis undecim expressus, inter septimum et octavum circulum stellae, secundus circulus minor flammeus est. 2 (f. 7v). *Primum mobile* seu angelus, qui sinistrum pedem semicirculo figit, dextrum elevans et manibus gerens sphaeram. 3 (f. 10v). *VIII spera,* idest angelus semicirculo innixus manibus elevans sphaeram stellis conspersam. 4 (f. 13). *Saturnus.* Senex rusticano habitu semicirculo innixus puerum ori sinistra appropinquat, dextera anguem recurvum et falcem gestat, ad pedes sedent quatuor pueri (costellationes?). 5 (f. 15). *Iuppiter.* Rex coronato capite tunica et clamide rubra indutus sedet in nimbo fulmen dextera stringens; supra caput Iovis regis aquila apertis alis, infra pedes puella (terra) sedet; hinc inde gigantum corpora iacent. 6 (f. 17). *Mars.* Bellator thorace armatus et casside in throno sedet dextera ensem stringens, ad pedes lupus cubat. 7 (f. 19v). *Sol.* Rex coronato capite et alis praeditus curru sedens vehitur quatuor equis igniferis, sinistra habenas, dextera solis imaginem sustinens; infra Phaeton e caelo praecipitatus, necnon maria et urbes. 8 (f. 22v). *Venus.* Femina nuda superiore parte corporis e mari emersa dextera concham fert, sinistrorsum in ripa Cupido velatis oculis dextera sagittam, sinistra arcum ferens; dextrorsum tres Charites, quarum una flammas, altera vimina gestat, sursum quatuor columbae per aerem volitantes. 9 (f. 25v). *Mercurius.* Iuvenis brevi tunica, cothurnis alatis et galero viridi pariter alato coopertus fistulam inflans, quam sinistra sustinet, dum dextera baculum anguibus viridibus implicitum elevat, ad eius pedes gallus et caput recisum hominis (fortasse Bati). 10 (f. 28v). *Luna.* Puella tunica alba induta a duobus equis curru vecta, sinistra habenas, dextera mediae lunae imaginem elevans; infra regio et maris sinus cum tribus navibus. 11 (f. 30v). *Musica.* Puella tunica violacea amicta cygni tergo residens tibiam inflat, ad eius pedes instrumenta musica. 12 (f. 33). *Poesis.* Mulier passis capillis, coronata, tunica viridi et pallio violaceo amicta in Parnasi rupe sedens, dextera sustinens tibiam quam inflat, sinistra aquam e poculo fundens, ad eius pedes caelorum et terrarum orbis, sursum in sinistra aquae fons. 13 (f. 35). *Apollo.* Vir coronato capite ac tunica rubra cinctus, lauri ramum sinistra elevans, dextera bacillo notans stellas ac terras ad eius pedes in orbe pictas, insidet duorum cygnorum tergis; infra ad dexteram speculum. 14 (f. 35v). *Clio.* Puella tunica violacea cincta et sparsis capillis pede sinistro insidet cygni dorso inter aquas apertis alis natantis; in umbra regio. 15 (f. 37v). *Euterpe.* Puella tunica rubra cincta et sparsis capillis

dorsum suffulgens arbori tibiam geminam inflat; in umbra regiones et terrae globus. 16 (f. 38v). *Melpomene.* Puella ampla tunica violacea cincta et sparsis capillis stat cornu inflans; in umbra regio. 17 (f. 39v). *Talia.* Puella tunica rubra amicta et sparsis capillis cubat, citharae chordas plectro percurrens; in umbra regio, hinc inde duae pini. 18 (f. 40v). *Polimia* (!). Puella tunicam amplam violaceam induta et sparsis capillis stat organum manibus ad pectus sustinens; infra regio. 19 (f. 41v). *Eratho.* Puella amplam tunicam rubram induta sparsis capillis tympanizat; in umbra regio. 20 (f. 42v). *Tersicore.* Puella ampla tunica violacea cincta et sparsis capillis stat, citharae cordas digitis astringens; in umbra regio et terrae globus. 21 (f. 43v). *Urania.* Puella tunicam rubram induta stans sinistra terrae globum elevat, dextra circinum diducit; in umbra regio. 22 (f. 44v). *Caliope.* Puella tunicam violaceam induta stat tubam longissimam inflans; in umbra regio, saxa, aquae fons et terrae orbis. 23 (f. 46). *Pallas.* Puella tunicam rosaceam et thoracem argenteum induta, sinistra scutum, capite gorgoneo praeditum, dextera lanceam perferens; in umbra regio. 24 (f. 49v). *Iuno.* Mulier tunicam auream induta curru aureo sedet a duobus pavonibus vecto, sinistra habenas regens, dextera sceptrum elevans; in umbra semicirculus orbis terrae, nubes caeruleae, supra quas imago arcus caelestis. 25 (f. 50v). *Neptunus.* Vir viridem vestem indutus plaustro per summas pelagi aquas vehitur a duobus equis albis, sinistra habenas, dextera virgam tricuspidem stringens; ex undis Nereidum capita tria emergunt et Tritonis pars superior corporis tubam inflantis. 26 (f. 51v). *Pluto.* Rex obscuro tectus amictu tribus actus equis nigris plaustro insidet una cum Proserpina, albam vestem induta, sinistra habenas, dextera sceptrum stringens; in umbra saxa, baratrum stygium et mons incendio deflagrans. 27 (f. 52v). *Victoria.* Puella tunicam violaceam induta fronde coronato capite et laetis trophaeis superba residet quadriga, quatuor equis albis reptata, sinistra habenas, dextera viridantem palmae ramum stringens; ad equorum latera rex et regina captivi incedunt; sursum angelus tubam inflat ornatam panno aureo cum litteris *S. C.;* in umbra regio. Ff. 57-59 vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada card. bibliothecarii.

717. Saec. XV, membran., mm. 212 × 137, ff. 58.

Ludovici Lazzarelli severinatis poetae laureati de gentilium deorum imaginibus (libri I-II, elegiaco metro) *ad illustrem dominum d. Federicum Urbini ducem et* c<omitem>. Codex eadem continet, quae superior, praeter elegiam post librum II, quam descripsi in f. 55v.

Codex, qui convenit n. 537 antiqui indicis urbin., iisdem ornamentis iisdemque adamussim picturis decoratus est, quibus superior; in folii 1 tamen margine inferiore adpicta est aquila nigra (urbinas?) expansis alis; in f. 6v additae imagines symbolicae quatuor evangelistarum. Picturae eadem fere arte adumbratae, sed magis perpolitae absolutaeque sunt. Ff. 56-58 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Clementis XIV.

718 (olim 115, cf. f. 1). Saec. XV-XVI, membran., mm. 220 × 154, ff. I. 48.

Cantalycii <Baptistae> de gestis et moribus invictissimi Friderici Urbini ducis patris ad illustrissimum principem Guidum feretranum filium carmina. [1] (f. 4v) de <Ludovico> Odaxio (epigr.): *Principis Vrbini liber ingressure decoros*

- *emoriture liber;* (prioribus tribus distichis exceptis ed. Zannoni, *Il Cantalicio alla corte d' Urbino,* in *Rendiconti d. r. Accademia d. Lincei,* serie V, 3, Roma 1895, p. 490); praeeunt [a] (f. 1ᵛ) Augustini Almadiani viterbiensis (tetrastichon in libellum): *Cantalyco plus Guide* ((ed. Zannoni, l. cit., p. 505); [b] (f. 2) auctoris epistola ad Guidum Urbini ducem, quae inc. *Tametsi ad id aetatis* (ed. Zannoni, l. cit., p. 489); [c] (f. 4) epist. auctoris Octavio Pheretrano principi, quae inc. *Scripsi ut uidebis* (ed. Zannoni, l. cit., p. 491); [2] (f. 5) ad Ludovicum Odaxium patavinum (asclepiadei 1-17): *Vates Cecropiis emule uatibus - Odaxi faveant rebus in omnibus;* [3] (f. 5ᵛ) in criticos (hexastichon): *Critice quaere - uera negare potes* (ed. Zannoni, l. cit., p. 490); [4] (f. 6) ad Musas (phaleucii 1-18); *Musae Çantalyco redite uestro - Et consortia gentium reliquit* (posteriores sex hendecasyllabos ed. Zannoni, l. cit., p. 493); [5] (f. 6ᵛ) ad illustrissimum ducem Guidum (dodecastichon): *Perlege Guide tui Phederici magna propago - crederis esse patre* (duo disticha huius epigrammatis ed. Zannoni, l. cit., p. 493); [6] (f. 7) ad eundem (hexastichon): *Unde tui incipiam mores memorare parentis? - omnia sorte pari;* [7] (ibid.) de invictissimi Federici pueritia (dodecastichon): *Qualis eras et qui fueras Phederice futurus - te superasse duces* (duo disticha tantum ed. Zannoni, l. cit., p. 494); [8] (f. 7ᵛ) de eius prima educatione: *Te puerum teneris - facta Deos* (ed. Zannoni, l. cit., p. 494); [9] (f. 8) quale fuerit de eo Phoscari iudicium, ducis Venetiae... (elegidion): *Interea teneris dum sic clare-sceret annis - quam tibi uisus erat* (tria disticha tantum ed. Zannoni, l. cit., p. 494-495); [10] (f. 8ᵛ) de eius discessu a Venetis... (sapphicon): *Ergo bis septem Phederice menses - Palladis arte* (tres strophas tantum ed. Zannoni, l. cit., p. 495); [11] (f. 10) de eius studiis in patria... (epigramma): *Pastor apostolicus postquam cum patre quieuit - iam Phedericus erat;* [12] (f. 10ᵛ) de eius pueritiae facilitate (tetrastichon): *Iam comis fuerat teneris Phedericus in annis - amicus erat;* [13] (ibid.) de prudentia eius circa dotalia oppida... (elegia): *Qualis eras dixi breuiter puerilibus annis - iustus et aequus eras* (quatuor disticha ed. Zannoni, l. cit., p. 496); [14] (f. 11ᵛ) de eius militia externa (elegia): *Sed iuuenis posthaec regno crescentibus annis - cuncta per ora tuum;* [15] (f. 13) de eius celerrimo reditu in patriam... (elegia): *Interea Urbini uiolata pace quietos - Cerpilione reliquit;* [16] (f. 14) quanta gratia.. ab Alphonso rege Neapolis exceptus fuit... (elegia): *Inclyta gestarum rerum iam fama uirorum - surripuere decus;* [17] (f. 15) de eius prudentia apud forum Sempronium... (phaleucii 1-17): *Post haec Sfortiacae manus mouentes - Finxit se Malatesta non ualere;* [18] (f. 15ᵛ) quanta gratia acceptus ab urbinatibus... (epigr.): *Reddidit Italiae postquam Bellona quietem - gerere arte parem* (tria disticha ed. Zannoni, l. cit., p. 497); [19] (f. 16) qualem se gessit post mortem Piccinini contra Sigismundum...

(elegia): *Sed iam constanti compostis ordine rebus - praeda frequenter erat;* [20](f. 17) de eius militia sub Florentinis (elegia): *Inde Fluentino magnoque sub aere merentem - praelia solus eras;* [21](f. 17v) de eius militia... sub rege Alphonso (phaleucii 1-27): *Versis militiae repente castris - Astu et consilio recepit arcem* (duos posteriores hendecasyllabos ed. Zannoni, l. cit., p. 498); [22](f. 18v) de uxore eius Baptista... (epigr.): *Lumina praeteritis Gentilia clauserat annis - et pietate parem;* [23](f. 19) de militia eius bello gallico... (hexametri 1-42): *Inde sub ecclesiae regisque sub aere merendo - Bellona quieuit;* [24](f. 20v) quanta... Romae charitate et gratulatione a pontifice Pio exceptus est... (epigr.): *Inde salutatum petiit dux inclytus urbem - reddidit atque fidem;* [25](f. 21) de eius gestis contra ducem Sorae (octastichon): *Interea Sorae per tempora uerna tyrannus - corripuere fugam;* [26](f. 21v) de auxilio eius erga regem Ferdinandum contra Sigismundum... et Piccininum (elegia): *His ita cum gestis princeps se rebus haberet - haec Phederice tuis;* [27](f. 23) de eius gestis post fugatum Sigismundum apud Phanum (phaleucii 1-32): *His faeliciter omnibus peractis - - Gallorum Senonum recepit urbem* (decem hendecasyllabos ed. Zannoni, l. cit., p. 498-499); [28](f. 24) de gestis eius sub Paulo II pont. max. (epigr.): *Dic quoque sub Paulo Phederici gesta secundo - relligiosus erat* (tres versus ed. Zannoni, l. cit., p. 499); [29](f. 24v) de eius gestis... contra Bartholomaeum Colionium (elegia): *Interea Martis clarus Colionius armis - non tibi fata darent;* [30](f. 25) de liberato ab eo Arimino... (epigr.): *Quanta ducis pietas quanta et clementia nostri - sic Phederice tuum;* [31](f. 26) de restituta... Volaterra Florentinis: *Inde Fluentinis Volaterram reddidit urbem - praemia digna tuis* (ed. Zannoni, l. cit., p. 492-493); [32](f. 26v) de amissa... uxore Baptista Sfortiade (sapphicon): *Interim laetis inimica rebus - teda perennis* (ultimam stropham apud Zannoni, l. cit., p. 499); [33](f. 27) quanto honore a Sisto ⟨IV⟩ pont. et Ferdinando rege insignitus... et ab Heduardo rege Angliae in garatheram ascitus (elegia): *Maximus inde pater tribuit tibi Systus honores - te coluere plagae;* [34](f. 28) de eius casu apud oppidum Sanctomarinum (dodecastichon): *Descierat domino mox inde Fauentia primo - non subitura tuae;* [35](f. 28v) de eius militia... contra Florentinos (elegia): *Tertius interea posthaec elabitur annus - certa pericla suae;* [36](f. 29) de eius honoribus... a Sisto ⟨IV⟩ et aliis (octastichon): *Herculem post haec isti Phederice Viterbum - balnea Caia tuo* (distichon apud Zannoni, l. cit., p. 500); [37](f. 29v) de eius gestis... apud Forum Livii (decastichon): *Nascitur interea fratrum discordia demens - qua uetuere frui;* [38](f. 30) ...retentus a Sisto... ⟨IV⟩ ad custodiam Piceni (decastichon): *Barbara gens post haec Maumetia cepit Hydruntem - Palladis arte tuae;* [39](f. 30v) de Ferraria ab eo defensa... (elegia): *Magna quidem sunt haec, sed adhuc non parua*

peregit - pro pietate necem; [40] (f. 31v) in eius mortem pia querela (elegia): *Iure tuos igitur post tot Phederice labores - uiuat et ille patris;* [41] (f. 32v) cur mors eius sit aequius toleranda (decastichon): *Non alia populi mortem ratione tulissent - desinis esse caput;* [42] (ibid.) de plurimis signis eius mortem significantibus (phaleucii 1-35): *Praedixere necem plurima Caesaris - Hoc quod tu fueras Caesaris non minor* (sexdecim hendecasyllabos apud Zannoni, l. cit., p. 501); [43] (f. 34) quid moriens Federico pater Guidus Antonius praecipit (epigr.): *Cum prope iam Guidus mortis sibi cerneret horam - Profuit Italiae te Phederice tuo* (!) (ultimo disticho excepto totum epigramma exhibet Zannoni, l. cit., p. 501-502); [44] (f. 34v) de eius virtutibus generaliter, *ode sapphica: Martius uates ueteres Quirites - principe dignum* (duas strophas vide apud Zannoni, l. cit., p. 502); [45] (f. 39) de eius excellentissima domo ad Guidum filium (epigr.): *Parce, tuos laudet nemo mihi Roma penates - iam quoque uince patrem* (ultimum distichon apud Zannoni, l. cit.); [46] (f. 39v) de eius pulcherrima bibliotheca: *Quam bene complexus fueras, Phederice, camenas - saecula uincat anus* (ed. Zannoni, l. cit., p. 502-503); [47] (f. 40v) de Octavio Feretrano principe (epigr.): *Pergite adhuc nobis paulum aspirare sorores - semper et ille tuo;* [48] (f. 41) de eius gratissima praesentia (dodecastichon): *Aspice magnanimi quae sit praestantia uultus - dicere Guide patrem;* [49] (f. 41v) de eodem Octavio... (octastichon): *Ut rota molle lutum fingit formatque per artes - moribus adde tuos;* [50] (f. 42) ad Octavium principem (octastichon): *Altercabantur de te duo numina nuper - esse in utroque parem;* [51] (ibid.) ad eundem Octavium: *Te duce non mirum est cunctarumque auspice rerum - hic quoque rite tuas* (Zannoni, l. cit., p. 491-492); [52] (f. 42v) ad Antonium... Federici filium (phaleucii 1-31): *Antoni quoque ne silete musae - Uiuit, sub patre nempe quam solebat;* [53] (f. 43v) ad Antonium (epigr.): *Paruus eras cum te genitor Phedericus in armis - nec genuere patres* (distichon apud Zannoni, l. cit., p. 504); [54] (f. 44v) ad eundem Antonium de morte Federici (elegia): *Quis tua singultus concussit pectora, quando - sit licet ille tibi;* [55] (f. 45) ad... Guidum Vrbini ducem (dodecastichon): *Pollicitus fueram magni tibi gesta parentis - cum patre natus habes;* [56] (f. 45v) ad... Guidum... quam similis uxori... Helisabeth Conzagae (elegia): *Quam bene Conzagae iuncta est tibi Guide propago - posteritate decus;* [57] (f. 46v) ad Antonium Feretranum... de uxore Aemilia (epigr.) *Qualis erat Phrygiis regnantibus Hectoris uxor - quod cupis, illa patrem;* [58] (f. 47) ad librum de praestantissimo iurisconsulto Dulcio spoletino (dodecastichon): *Est aliud iubeam quod te fecisse, salutem - displicuisse tui* (tres posteriores versus apud Zannoni, l. cit., p. 504).

Codex, qui fortasse convenit n. 544 antiqui indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales autem aureas coloribus illuminatas. Folii 2 quatuor margines satis perita manu italica ornati sunt floribus, sertis, frondibus, candelabris, fructuum canistris, duobus cupidinibus aligeris, qui sustinent coronam lauream cum tessera gentilicia urbinate quatuor aquilis, vexillo et corona ducali praedita. Ff. I. 1[r], 47[v]-47 vacua sunt. Codicem descripsit Zannoni, l. cit., p. 486-487 in nota.

Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XIX.

719 (olim 164, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVI in., chart., mm. 195×140, ff. I. 39.

Cantalycii ‹Io. Baptistae› illustrissimo principi *Phederici* filio Vrbini duci Guido gesta patris. Idem opus atque in codice superiore, praeter quam quod in hoc (f. 1[v]) inest epist. auctoris: *Alla Illma Signora Madonna Helisabet Gonsaga de Urbino ducissa dignissima,* quae inc. *El magnifico misser Hieronymo Stephanio de Mercatello - Seruitor Cantalycius episcopus pennensis* (epistolam vide apud Zannoni, l. cit., p. 505-506). Desunt tamen in cod. carmina, quae in codice superiore notantur numeris 1[a], 25, 53, 57; carmen 4 post 17, 43 et 39 post 44; 2, 1, 3 post 54, caeterum hic codex continet posteriorem carminum recensionem, cuius praecipuas varias lectiones in notis dedit Zannoni, l. cit., p. 493-505.

Codex, qui fortasse convenit n. 545 antiqui indicis urbinatis, littera currenti scriptus nulla ornamenta exhibet praeter titulos et initiales rubro colore scripta. Ff. I, 1[r], 35[v]-39 vacua sunt. Descripsit Zannoni, l. cit., p. 437 in nota.

Codex membrana auro ornata et vittis clausa contectus est saec. XVI-XVII.

720 (olim 851, cf. f. 1). Saec. XVI in., membran., mm. 220×129, ff. I. 144.

P. Pauli Tydei perusini carmina. 1. Panegyricorum libri I-IV ad illustrissimum Guidum V‹baldum I› Vrbini ducem (elegiaco metro). Liber I, [1] (f. 4) praefatio: *Dum tibi praeludo laetas dux optime laudes - Nunc fruitur, primos inter habende duces;* praeeunt [a] (f. 1) auctoris epistola *celeberrimo Montis Feretri comiti et Vrbini illustrissimo duci V*‹baldo›..., quae inc. *Me fidissimum habes seruulum, praestantissime princeps, sed nunquam me nosti* ac des. *et hilari perlegas fronte, quod optime factum iri confido. Faustissime vale* (auctor in epist. profitetur: *Natus et educatus fui Perusiae. Vrbino oriundus in diuersis Italiae urbibus litteris operam nauaui... Raro Vrbinum alteram patriam me contuli*); [b] (f. 3) in dicacem et maledicum (octastichon): *Qui geris in cornu foenum ne taure lacessas - ne malesana uomat;* [c] (ibid.) ad lectorem (hexastichon): *Non possunt ungues sapere omnia metra peresos - tu facis, euge vale;* [d] (f. 3[v]) ad libellum (phaleucii 1-14): *Nil censor rigidus libelle ronchi - Commendato duci me ubique seruum;* [2] (f. 5[v]) panegyris prima, de natali eiusdem: *Quo nunc conspicuo sectabunt ordine laudes - Quae fraeti aonia sponte dicamus ope;*

[3] (f. 10v) ... secunda, de cultu divino: *Perpetuum coeli regem si munera taerre* (!) - *Qui degunt terris optimus esse ducum;* [4] (f. 16v) ... tertia, de prudentia in regimine: *Inter sublimes Prudentia prima sorores - Rector in orbe diu quem precor inde petas.* Lib. II, [1] (f. 21) panegyris prima, de iustitia: *Aurea cum primum detrusit saecla nephandi - Numen, erit votis nulla caduca fides;* praeit (f. 20v) auctoris epist. dedicationis celeberrimo Montis Feretri... Guido..., quae inc. *Cum aliquid absque exemplo - deponas supercilium. Optime vale;* [2] (f. 26v) ... secunda, de gratitudine et humanitate: *Praeclarum atque decens fertur pensare merentis - Aucturum numeros post sua fata poli;* [3] (f. 34) ... tertia, de benivolentia, liberalitate, fide et pietate: *Diligitur merito cui recti munia fulgent - Irrita nec servi vota fuisse sinet.* Lib. III, [1] (f. 38v) panegyris prima, de fortitudine: *Ordiri propero, studiosis caetera curis: - Et scrutare chelim maius ut illa sonet;* praeit (f. 37v) dedicatio ad Guidum, quae inc. *Nostra est consuetudo* ac des. *laeta legas facie, bene vale;* [2] (f. 42) ... secunda, de stratagemate illustrissimi ducis: *Vix intempesta somnus me invaserat urgens - Perge ut divinum nomen ad astra uolet;* [3] (f. 51v) ... tertia, de gloria illustr. ducis: *Alma Ducis quaecumque volat si gloria nostri - Te tardum expectent post tua saecla iubar.* Lib. IV, [1] (f. 58) panegyris prima, de temperantia: *Omnibus examini thesaurus emicat ingens - Quem morum cultus, vita decorque petunt;* praeit (f. 56) solita dedicatio, quae inc. *Magni Alexandri res gestas,* ac des. *ut semper exopto. Foelicissime vale;* [2] (f. 62) ... secunda, de copiosa doctrina: *Mobilis Orthigiae iam sedibus edite gratis - Sic tua Nestoreum vita sequatur iter;* [3] (f. 69) ... tertia, de nobilitate: *Cum possis hunc sumptum Phaebe iuuare laborem - Te fore virtutes quae tibi, ubique vale.* 2. Lyricorum libri I-IV ad illustrissimam Urbini d. Helisabet Gonzagam, praeeuntibus [a] (f. 79) dedicationis epistola ad Helisabet Gonzagam, quae inc. *Poeticae et artis oratoriae studiosi* ac des. *existimes tenui et exigua superos praece placari nec ab eis illam contemni. Faustissime vale;* [b] (f. 80v) in lividum et mordacem (octastichon): *In castigatam turpe est, o livide, linguam - Abs te cum nequeant iam meliora cani;* [c] (ibid.) ad libellum (phaleucii 1-6): *Nil acris metuas libelle nasi - Iam servabere tu quidem superstes.* Lib. I, [1] (f. 81) de nobilitate eiusdem Helisabet: *ode monocolos ex metro asclepiadeo* (sic constanter ante singulas odes praescribuntur genera metrorum): *Sunt qui Maeonio pectine personant - Virtutum radians tendet ad aethera;* [2] (f. 83) de militia maiorum Gonzagae Helisabet: *Gonzagae inter avos rite propaginis - Precintis recoli vatibus ut queunt;* [3] (f. 83v) in laudem summae probitatis: *Phoebe persuades celebrem nitentem - Semper ad astra;* [4] (f. 85v) de summa virtutis potentia: *Omnibus virtus dominatur oris - Dote colonum;* [5] (f. 86v) de animi orna-

mentis, de Mantus vaticinio: *Non me dimoveat labor - Ut summo astra micant polo;* [6] (f. 88) de iustitiae utilitate: *Legum nunc ubi copia - Successu est celebris fama superstite;* [7] (f. 88ᵛ) de dominatione: *Termodoontaeae regni tenuere ius catervae - Genusque totum funditus gravetur;* [8] (f. 90) de fide: *Nil fidei precio generosius est apud clientes - Neges nec unquam dehinc benignam;* [9] (f. 90ᵛ) de sapientia: *Quid sit consilii, quid sapientiae - Qui omni tempore fulgeant;* [10] (f. 92ᵛ) de industria et perseverantia: *Primus qui sonipes carcere prosilit - Constat quo tibi seruiam;* [11] (f. 93) de pulchritudine Cytherea: *Si quae corporeis dotibus enitent - Longum pulcra per aeuum;* [12] (f. 95) de humanae formae fragilitate: *Florescunt zephiris prata fouentibus - Hunc Lucina fauorem.* Lib. II, praevia auctoris (f. 96) ad Helisabet Gonzagam epist., quae inc. *Lyricorum poetarum exemplo - accipias et perlegas, optime vale;* [1] (f. 97) de pudicitia: *Aurea quae pulchrae tam quadrat bracthea gemmae - Hactenus et semper sit ut optat;* [2] (f. 99ᵛ) de modesta venustate: *O quantum lepidis formam cum moribus auget - Tantum quod pro te ipse poposci;* [3] (f. 100) de iustitia: *Iustitiae per orbem - Saecula post beata;* [4] (f. 102) de gratulatione et laetitia: *Nil facinoris atri - Quae ciet nobis animi gaudia sit petentis;* [5] (f. 102ᵛ) de fortunae potentia: *Torquet corruscans fulmina Iupiter - Illius instabili rotatu;* [6] (f. 104ᵛ) de variis hominum affectibus: *Huic ira pectus concitat acrior - Hos regis ergo sat esto felix;* [7] (f. 105) de gloria: *Pollent qui ingenio, qui eloquii munere candido - Exornate igitur quem deceant undique condite;* [8] (f. 106ᵛ) de sincera veritate: *Horrendum Ogigiis proposuit Sphynx fera faucibus - ut sermone coli (nam iuuat id) ueridico queant;* [9] (f. 107ᵛ) de voluptate: *Iam perosa laborem - Per atra lustra montium fugaces;* [10] (f. 109) de frugalitate: *Nulla Memphis ut fuit - Dent nauiae, cadus, lacus, lyeum;* [11] (f. 109ᵛ) de laude benemerentibus exhibenda: *Sacer auctor qui hominum denotat omnem - Id agent arte queunt qui canere omni;* [12] (f. 110ᵛ) de florida fama: *Facinus cum pateat quodque decorum - Viret, effertur, ouat, floret, honestat.* Lib. III, praeit (f. 111ᵛ) auctoris ad Helisabet Gonzagam epist., quae inc. *Omnes scriptores faciunt* ac des. *nec plura. Felicissime vale;* [1] (f. 112ᵛ) de animi votis ut mala absint et fausta adsint: *Effugiant luctus, curae moestique dolores - Numinis Aonii;* [2] (f. 113ᵛ) de aequa prece: *Si poscam ut recta semper ualitudine degas - Quaeque secunda parent;* [3] (f. 114ᵛ) de delectatione animi quam virtus gignit: *Amenitas est tanta, quae sedet diu? - Ergo niger cedat lapis;* [4] (f. 115ᵛ) de vero gaudio: *Omnem si opem Medea traderet - Tui refertum gaudii;* [5] (f. 116) de amore coniugali: *Vinclo sacer ligauit almo uos Hymen - Laetaque connubium uobis secundet Fides;* [6] (f. 117) de vera benivolentia: *Haeres locellis qui nimis parcit*

suis - Cum tu merentis diligas et adiuues; [7] (f. 118) de praestanti memoria: *Tu cui contribuit dicendi Delius artem - Abunde gaudebant tua cuique ita letitia est;* [8] (f. 119) de moderato sermone: *Nullius est causa exornatus sermo furoris - Modesta cum bene appetas, sit tibi quicquid aues;* [9] (f. 119v) de caelesti praemio: *Candor ad aethereum mortales ducit Olimpum - Dante haec perenni numine;* [10] (f. 121) de vera spe integri animi: *Spes hominum semper diuersae pectora versant - Virtute speres haec tua;* [11] (f. 121v) de heroicis monumentis: *In numero tribuunt generi bona comoda vates - Et semper obseruent, salus quis idem erit;* [12] (f. 122v) de facundiae fructu: *Concinno prodest ubertas ordine fandi - Nil ut desiderem, tibi recte sapis.* Lib. IV; praeit (f. 123v) auctoris ad Helisabet Gonzagam epist., quae inc. *Argentum et aurum non erat mihi* ac des. *Dent alii maiora, ut semper optamus. Foelicissime Vale;* [1] (f. 124v) de gratitudine: *Cum pauca comittant agellis semina - Nam mens memor librat probi quid sit docens;* [2] (f. 126) de pietate: *Fas est choris fundas preces caelestibus - Solertiae multum uigebit prouidae;* [3] (f. 126v) de liberalitate: *O quanta astriferi munia caeli - Tu tandem tua das et bona egenis;* [4] (f. 130) de humanitate: *Iam princeps Itacae per freta passus - Cum tanta efficimus quae bene prosint;* [5] (f. 130v) de suffragio et praesidio: *Nuper suadebam mihimet sic deserere Cirrham - Tempus erit quo ea plus mihi conferet;* [6] (f. 132) de paupertate: *Non est paupertas acri spernenda chachinno - Nocte oleum quotiens mihi deficit;* [7] (f. 133) de felici natali: *O quanta omnipotens creator orbis - Te doctis facili uident fore aurae;* [8] (f. 135) de fausto vitae cursu: Inc. ac des.: *En albis cupio notes lapillis;* [9] (f. 136) de varia sorte: *Archana nequis noscere fata - Et seruitio nos dedit aequo;* [10] (f. 138) de magnifico eventu: *Aura Lachesis uiuimus omnes - Sit grata fides, sit tibi honori;* [11] (f. 139) de inevitabili morte: *Mox horae inreparabiles - Fauste nos agere hic sine;* [12] (f. 140v) de senectute: *Turbis nulla caret dies - Longaeva Atropos inserat;* [13] (f. 141v) humilis excusatio: *Omnes si similes, quis esset auctor? - Pro me compensent, lux ut in orbe mices;* [14] (f. 143) gratiarum actio: *Cui das praesidium et bona ampla confers - Ut superos supplex semper adoro. Vale.*

Tituli rubri, initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae aureae surculis coloribusque ornatae sunt. Folii 4 margines surculis coloribusque decorati; in medio margine inferiore duo puelli aligeri sustinent tesseram gentiliciam urbinatum ducum corona, quatuor aquilis ac vexillo pont. praeditam. In folii 81 margine inferiore duo puelli aligeri sustinent scutum, in quo picta est zona garterii ordinis; quare non ante annum 1504 nec post 1508 hic codex in bibliothecam urbin. invectus esse putandus est. In ff. 77-78 tabula argumentorum lyricorum, quae suis locis iterantur. Ff. I. 76. 144 vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VII.

721 (olim 80, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 221 × 140, ff. III. 38.

Christophori Delii *medulanensis* (pro mediolanensis, cf. satyram, f. 22-24) epigrammatum libri I-II. [1] (f. 1). *Divo principi comiti Federico armorum Italie ductori maximo... librum primum foeliciter dedicat* (tetrastichon): *Caesaris ora Dei Federici parue libelle - claris ubique legi;* [2] (f. ibid.) ad eundem (hexastichon): *Primitiae superis redduntur iure quotannis - unus et ipse liber;* [3] (f. 1ᵛ) ad eundem (octast.): *Carmina nostra legens post magna negotia princeps - credo placere Dei;* [4] (ibid.) ad libellum (hexametri 1-4): *Omnibus affari Federicum copia fertur - Federici principis ingens;* [5] (ibid.) ad eundem (hexam. 1-24): *Inclyte bellorum ductor Federice per omnem - uita superstes;* [6] (f. 2) ad eundem (decast.): *Dum spumosa uagos agitabant aequora fluctus - nominis altus honos;* [7] (f. 2ᵛ) pro eodem (hexametri 1-6): *Italia innumeros retinet dominosque ducesque - fortisque putabitur esse;* [8] (ibid.) pro eodem (distichon): *Iusticiam sapiens - Federicus erit;* [9] (ibid.) pro eodem (hexam. 1-5): *Magnos magna iuuant - superat quoscunque priorum;* [10] (f. 3) ad eundem (hexastichon): *Ibis Parthenopem Fernandum uisere regem - gloria magna tui;* [11] (ibid.) Alfonso Aragoneo eulogium (hexametri 1-106): *Magnanime Alfonsi genus alto a sanguine regum - Immortale tibi praestanti laude parabis;* [12] (f. 5ᵛ) ill. co. Federico (dodecastichon): *Aurum bella gerit, mucrones fabricat aurum - aurea uena foret;* [13] (ibid.) ad eundem (octastichon): *Nunc date thura diis, precibus rogitate Tonantem - pendet in arbitrio;* [14] (f. 6) ad eundem (hexametri 1-18): *Gesta canit uates quisquis tua, maxime Caesar - celeberrima uirtus;* [15] (f. 6ᵛ) ill. comiti Guidoni (octastichon): *Magnanimi comitis Federici sola uoluptas - quod dare maius habent;* [16] (ibid.) ill. Antonio (hexametri 1-9): *Antoni comitis Federici magna parentis - Federici maxima virtus;* [17] (f. 7) pro eodem (epigr.): *Quisquis amare ducem Federicum iure tenetur - nunc, Federice, ducem;* [18] (ibid.) pro eodem (elegia): *Cum proprios peragant rutilantia sidera cursus - partibus ille suis;* [19] (f. 7) ad eundem de bibliotheca (hexametri 1-15): *Innumeros, Federice, simul componere libros - domino servire merenti;* [20] (f. 8) ill. d. Baptistae Sfortiae epitaphium (dodecastichon): *Hic Batista iacet Federici principis uxor - at umbra polo;* [21] (f. 8ᵛ) Federico et Octaviano fratribus (epigr.): *Non magis Atrides maior Menelaon amauit - gloria semper erit;* [22] (ibid.) pro palatio (octastichon): *Insignis princeps Federicus Feltrius heros - tecta minora Deo;* [23] (f. 9) pro eodem (tetrastichon): *Inter clara tui Federici principis acta - gloria quanta manet;* [24] (ibid.) pro eodem (distichon): *Cuncta uelut specie - Federice duces;* [25] (ibid.) pro arcenda pluvia (hexametri 1-13): *O pater omnipotens stellantis gloria caeli - foret alta potestas;* [26] (f. 9ᵛ) ad insigne comitis

Federici (hex. duo): *Ales eram - insigne superbum;* [27] (ibid.) ad idem (distichon): *Haec quondam aetherei - dicitur esse tibi;* [28] (ibid.) pro vexillifero ecclesiae (octasticon): *Felix Roma fuit dum Scipio bella peregit - barbariemque feram;* [29] (ibid.) ad virginem Mariam oratio (hexametri 1-50): *Virgo salutiferi quae conspicis ora Tonantis - per saecula vitam;* [30] (f. 11) ill. Constantio Sfortiae (decastichon): *Perlege Constanti laeto mea carmina vultu - carmina nostra suo;* [31] (ibid.) ad eundem (decastichon): *Me iuvat altisonos Constanti condere uersus - Vatibus astiteris nomina clara feres;* [32] (f. 11ᵛ) Constantio Sfortiae eulogium (hexametri 1-99): *Magnanime armipotens Constanti Sfortia salue - princeps celeberrime dixi;* [33] (f. 13ᵛ) Carolus Plananiensis Christophoro Delio (decastichon): *Carmina phoebeo dictant haec monte sorores - Sfortia laude tua;* [34] (f. 14) eiusdem (hexastichon): *Mutua cum tibi do paucis epigrammata uerbis - flumina magna tui;* [35] (ibd.) Christophori Delii Carolo Plananiensi (epigr.): *Scribere saepe tibi possum, mi Carole, versus - diuitiasque sequi;* [36] (f. 14ᵛ) Carolus Plananiensis Chr. Delio salutem (decastichon): *Clarum fama refert musae, Christophore, nomen - ut amaris ama;* [37] (ibid.) ⟨Chr. Delius⟩ Petro Antonio ⟨Paltroni⟩ scribae (hexametri sex): *Antoni secreta tui qui principis alta - carmina digna cothurno;* [38] (f. 15) Federico de Gallis (hexametri decem): *Ingenium uirtusque datur cui multa deorum - fiet per secula nomen;* [39] (ibid.) ill. Constantio Sfortiae (tetrastichon): *Parthenopen tendis Ferdinandumque videre - incolumis patriam;* [40] (ibid.) Philthiae (octastichon): *Philthia Picenum bis terque quaterque Pisaurum - iam mea uota Deus;* [41] (f. 15ᵛ) ill. filiis Constantii Sfortiae (distichon): *Constantis soboles spes maxima parua parentis - rogate patrem;* [42] (ibid.) ad eosdem (distichon): *Vos gemini fratres - fundite uota Iovi;* [43] (ibid.) d. Rainerio equiti aurato (distichon): *Qui conuiua frequens Raineri principis adsis - meminisse uelis;* [44] (ibid.) d. Pandulfo (distichon): *Dum Pandulfe petis - nomina chara tui;* [45] (ibid.) m. Gasparino physico (distichon): *Gasparine colit - compatriota Deo;* [46] (ibid.) comiti Iuliano (distichon): *Quos amor ut fratres - solemus opem;* [47] (f. 16) secretario Constantii Sfortiae (distichon): *O secreta tui - loquare rogo;* [48] (ibid.) in invidum (distichon): *Nomina falsa gerit - κοινὰ φίλον;* [49] (ibid.) in maledicos: (distichon): *Sensero me quenquam - uocabo meum;* [50] (ibid.) in garrulam turbam (distichon): *Nequicquam poteris - nam propiore Dei;* [51] (ibid.) Nicolao Berignano (hexastichon): Νικολέως *princeps, quem toto pectore Constans - gratia multa viget;* [52] (ibid.) Phoebo (tetrastichon): *Cogor adire mei - iustior ille dabit;* [53] (f. 16ᵛ) ill. Constantio Sfortiae (tetrastichon): *Urbe tua princeps - quis magis arte ualet;* [54] (ibid.) ad eundem (tetrastichon): *Parthenope rediisse domum - si uacat ipse tuas;* [55] (ibid.) ad eundem (hexametri 1-13):

Incolumem rediisse lares patriamque Pisaurum - Conscribunt doctique uiri celebresque poetae; [56] (f. 17) ad eundem eulogium (hexametri 1-43): *Principis aduentu Constantis gaude Pisaurum - urbis per moenia plausus;* [57] (f. 18) d. Matthaeo Pavoni (dodecastichon): *Virtus Pauo tui multum uulgata per omnes - praemia nulla uiris;* [58] (ibid.) d. Camillo de Barziis (octastichon): *Quem perusina domus genuit, generose Çamille - atque poeta simul;* [59] (f. 18ᵛ) Nicolao ⟨Machinensi⟩ episc. modrusiensi (octast.): *Praesul honos cleri magnus Nicolae Modrusi - data nota tuo;* [60] (ibid.) Barzello siculo (octastichon): *Non Barzelle mei cupiunt inhonesta libelli - modesta placet;* [61] (f. 19) Alberto Parisio status Bononiae scribae (hexastichon): *Quid cupis Alberte inculti noua carmina uatis - dulcis amice bono;* [62] (ibid.) Philippo Bentivolo scribae (octastichon): *Ad te multotiens uoluit mea musa uenire - fixus es ipse meo;* [63] (ibid.) de vita nostra brevi (tetrastichon): *Vita breuis peregrina - mundus et iste capit;* [64] (ibid.) ⟨Celso Milini⟩ epis. Montisferetri (octast.): *Esse deos credit nequicquam gens rustica praesul - ruricolasque uiros;* [65] (f. 19ᵛ) epitaphium card. s. Sixti ⟨Petri Riario⟩ (dist.): *Sancti quem titulo - frigida membra iacent;* [66] (ibid.) d. Pandulfo (dodecast.): *Ite mei uersus Constanti principis urbem - Melpomeneque manent;* [67] (f. 20) pro anniversario (hexam. 1-10): *Annua presbyteri celebrastis uota parentes - non digna referre;* [68] (ibid.) divo pr. com. Federico eulogium (hexametri 1-19): *Armipotens Federice comes mitissime princeps - caelestia regna Tonantis;* [69] (f. 20ᵛ) d. Federici eulogium (decastichon): *Sunt tria quae nomen Federico maxima praestant - turbaque pieridum;* [70] (f. 21) *illustri et optimo principi Optaviano Ubaldino... librum II dedicat* (octast.): *Alter ab incaepto tibi traditur iste libellus - maxima gesta canet;* [71] (ibid.) ad eundem (hexam. 1-8): *Saepe uolo repetas, Octaui, musa penates - cuius celeberrima mundo;* [72] (f. 21ᵛ) ad eundem (decastichon): *Urbinum iubeo te nunc mea candida Clio - uatis ubique sui;* [73] (ibid.) ad eundem (decastichon): *Si te clara iuuant, Octaui, carmina, princeps - suppeditasset opus;* [74] (f. 22) ad eundem (epigr.): *Rettulit, Octaui, Pauo dignissimus auctos - nam potes, affer opem;* [75] (ibid.) ad eundem satyra (seu potius vita poetae, hexametri 1-80): *Altus ego Octaui claras et doctus in urbes - multis Clio quassa periclis;* [76] (f. 24) in Bernardinum (distichon): *Bernardine colis - et ipse uires;* [77] (ibid.) in invidum (octastichon): *Tincta lycambeo gaudet mala lingua ueneno - nouerit arma deae;* [78] (f. 24ᵛ) in doctos et plebem (dodecastichon): *Saepe mihi indocti dixerunt agmina uulgi - mortua turba late;* [79] (ibid.) in invidum Strabonem (octastichon): *Inuide qui uatum laceras epigrammata semper - inuide carminibus;* [80] (f. 25) Maronillae (hexastichon): *Templa petis uisura procos - sacrata frequens;* [81] (ibid.) Philthiae (hexametri 1-12): *Philthia diuarum pulcherrima, Philtia*

nostrae - semper celebrabere nostris; [82] (f. 25ʳ) Laurentio Abstemio (dodecastichon): *Grata fuere mihi, Laurenti, carmina missa - pauper amicitias;* praeeunt Laurentii Abstemii ad Delium [a] (ibid.) decastichon: *Conquereris de me uera est si fama tabellis - claudere uerba uale;* [b] (ibid.) hexastichon: *Christophore aoniis uates nutrite sub antris - dulcius orbe reor;* [83] (f. 26) ⟨Delii⟩ ad Laurentium Abstemium (decast.): *Duxit Aristotelesne? Platone? Socrate dempto - stant in amore pari;* [84] (ibid.) in Thomam camertinum Senecam falso dictum (hexametri 1-18): *Erubuisse nequit studiosus et utilis auctor - censoris te ira moratur;* [85] (f. 26ᵛ) Ser Baldasari (hexastichon): *Deli sorte manet comici sententia uatis - gratus amicus ero;* [86] (f. 27) ad eundem (hexametri 1-7): *Eueniat quodcumque uelit, modo Baldasar adsim - quam uera reponam;* [87] (ibid.) in fallacem (hexastichon): *Cogitat omne malum - fallere semper amat;* [88] (ibid.) d. Matthaeo Pavoni (hexametri 1-15): *Urbis arimineae ciuis celeberrime Pauo - grauitate Catonem;* [89] (f. 27ʳ) Petro, s. Angeli in Vado (tetrastichon): *Petre tibi poscis - quicquid amicitiae;* [90] (ibid.) Iohanni Pancratio (octastichon): *Vana sient nolo quae quondam sancta, Iohannes - quae petis accipies;* [91] (f. 28) Martiali (tetrastichon): *Ite lares proprios - plurima uelle cupit;* [92] (ibid.) Matthaeo Pavoni (hexametri 1-4): *Sum conuiua tuus - labra liquore;* [93] (ibid.) in Laurentem ⟨Abstemium⟩ (tetrast.): *Redde fidem tandem - bestius et futilis;* [94] (ibid.) Philthiae nostrae (epigr.): *Tangor amore tui, dulcis mea Philthia, tangor - conscius ipse mihi;* [95] (f. 28ʳ) ad eandem (hexastichon): *Turpis anus - Philthia te futui;* [96] (ibid.) in rusticos (tetrastichon): *Qui prius extiterant - obesse uiris;* [97] (f. 29) Matthaeo Pavoni (tetrastichon): *Quid tua dicebant - fila sonora lyrae;* [98] (ibid.) Gnatonico (tetrastichon): *Dum loqueris mecum - mimus et omnis erat;* [99] (ibid.) in garrulam turbam (decastichon): *Comprime sermones quos iactas garrula turba - res facit ipsa fidem;* [100] (f. 29ᵛ) Matthaeo Pavoni (decastichon): *Pavo decus legum doctor sanctissimus aequi - egregiosque uiros;* [101] (ibid.) in rusticos litteris non aptos (dodecastichon): *Premia digna refert clara uirtute peritus - crassa Minerua sua est;* [102] (f. 30) Matthaeo Pavoni (octastichon): *Quid facis o praesul? quis te furor agit in iram? - ne uereare precor;* [103] (ibid.) in chirurgum (tetrastichon): *Cyrurgus laetalis adest; - multa furore graui;* [104] (ibid.) in insanum medicum (epigr.): *Ecquid inops mentis sis? num cerebrosus alyptes? - scire uorare tuum est;* [105] (f. 30ʳ) ill. Constantio Sfortiae satyra (hexametri 1-42): *Cum peterem ludum puerorum forte uacantem - Principis illustris Constantis denique fiat;* [106] (f. 31ᵛ) epitaphium Petrucii Marcelli (distichon): *Petrucius iacet hic - relligione fuit;* [107] (ibid.) Laurentio ⟨Abstemio, distichon⟩: *Cum dixi lautum - dic rogo significat;* [108] (ibid.) Trivali puerorum (hexastichon): *Grammata si nosti - doctus*

ubique suo; [109] (ibid.) epitaphium Francisci Marano (hexastichon): *Hic Franciscus adest - uerba referre necis;* [110] (f. 32) Balthasari (hexast.): *Non est ille malus - sunt quia dissimiles;* [111] (ibid.) Matthaeo Pavoni (tetrastichon): *Nulla tibi tribuo - reddere posce datis;* [112] ((ibid.) Carolo Plananiensi (decastichon): *En tandem patrias remeasti, Carole, sedes - quae peto iusta dari;* [113] (f. 32ᵛ) in rusticos (hexastichon): *Unquam ne doceat moneo quis doctus agrestes - multa nefanda meo;* [114] (ibid.) in eosdem (octastichon): *Discite ruricolum quam fallax sit genus omne - uelle puto;* [115] (f. 33) in cerdonem (tetrast.): *Cerdo nequam pelles - quod tibi Pauo dabit;* [116] (ibid.) Matthaeo Pavoni (tetrast.): *Quid tibi Pauo precer - totaque posteritas;* [117] (ibid.) ad eundem (tetrast.): *Aspice mi praeses - noscere quis sit homo;* [118] (ibid.) in mendacem amicum (tetrast.): *Verus amicus amat - fallitur ipse dolis;* [119] (ibid.) in Carolum iurisconsultum (tetrast.): *Lex tua nulla sapit - nec probus et sapiens;* [120] (f. 33ᵛ) epitaphium (hexastichon): *Hac tegitur clarus iuuenis Columbus in urna - nec fuit et probior;* [121] (ibid.) Iohanni (tetrast.): *Fabula narratur surdo - mihi facta magis;* [122] (ibid.) Nicolao Sextio (tetrast.): *Quam mihi misisti - nunc resolutus arat;* [123] (ibid.) in Matthaeum detractorem (tetrast.): *Lingua maligna tua - flagitiosa sibi;* [124] (f. 34) ill. pr. d. Octaviano Ubaldino (epigr.): *Sunt quos merce iuuat fragiles onerare carinas - parcere uelle reis;* [125] (f. 34ᵛ) ill. pr. d. Antonio, aurato equiti (hexastichon): *Militiae Antoni - nomen utrunque tibi;* [126] (ibid.) de urbe Castelli (hexastichon): *Non prius ecclesia - pertulit esse ducis;* [127] (ibid.) epitaphium m. Iohannis physici (hexastichon): *Hic situs est medica praeclarus in arte Iohannes - luce solutus obit;* [128] (f. 35) pro Carolo Plananiensi (hexast.): *Improba lesisti iuuenem - frena remittet equo;* [129] (ibid.) pro muneribus (hexast.): *Inclyte, laetamur partis, Federice, triumphis - nam tibi dona bono;* [130] (ibid.) ill. pr. Octaviano (octast.): *Humanus quantum - nominis altus honos;* [131] (f. 35ᵛ) ad eundem (epigr.): *Quid iuuat Octaui uirtutes quaerere multas - barbarus ille ferox;* [132] (ibid.) ill. pr. Roberto Malatestae (octast.): *Hannibal, aut Fabius - qua sine nullus honos;* [133] (f. 36) d. duci Federico (octast.): *Sume precor paruum, princeps Federice, libellum - carmine scipta breui;* [134] (ibid.) vates (octast.): *Nugis pone tuis finem, ingeniose poeta - dux Federicus agat.*

Codex, qui convenit n. 640 antiqui indicis urbin., titulos duorum libellorum praebet aureos, duas autem initiales maximas pariter aureas surculis coloribusque decoratas; octo posteriora carmina alia manu, quae videtur Veterani, littera currenti addita sunt. Ff. I-II. 37 vacua.

In tegumenti dorso stellae sex aureae, prababiliter tempore Alexandri VII impressae.

622. Saec. XIII, membran., mm. 203×126, ff. I. 217.

Petri de Riga Aurora seu Biblia latina versibus reddita et alia opuscula; excerpta ex opusculis Hildeberti venerabilis de Lavardin cenomanensis episc.

1. Petri de Riga (in ms. *Ligi*) ⟨canonici remensis Aurora seu Biblia latina versibus traducta⟩ (in ms. manu saec. XVI: *Testamentum uetus et nouum carmine conscriptum*). [1] (f. 2v) Genesis inc. *Primo facta die duo, celum terra leguntur,* liber Danielis des. *Cessauit quod malum est periere mali;* praeeunt [a] (f. 1v) ⟨prologus anonymi in Auroram Petri de Riga⟩ inc. *Egrediebatur fluuius de loco uoluptatis ad irrigandum paradisum idest ligna paradisi* des. imperfecte: *que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum licet aliter. Quia...* [b] (f. 2) auctoris prologus, qui inc.: *Frequens sodalium meorum peticio cum quibus conuersando* ac des. *et ueritatis fulgore patenter illuxit;* (f. 22) Exodus; (f. 39) Leviticus; (f. 50) quaedam de libro Numeri iuxta beatum Gregorium; (f. 58) Deuteronomium; (f. 61v) lib. Iosue; (f. 65) Iudicum; (f. 69) Ruth; (f. 70) Regum libri I-IV; (f. 90) Cantica canticorum; (f. 106v) lib. Iob; (f. 115) Tobiae; (f. 121) Iudith; (f. 124) Esther; (f. 127) Machabaeorum; (f. 122) Danielis (initia horum operum habes apud Migne 212, col. 11, et fragmenta ibid. coll. 19-31, cf. Haureau, *Notices et extraites de quelques mss. l. de la Biblioth. nation.,* Paris 1891, 4, p. 295 sqq.). [2] (f. 144v) Mysterium agni paschalis. Inc. *Ut legis Egiptum Dominus percussit et eius.* Des. *Nostra, rudimenti causa daborque tui* (sunt hexametri et pentametri cuncti septigenti duo, interdum imperfecti). [3] (153) Recapitulationes totius veteris Testamenti. Inc. *Principio rerum post quinque dies homo primus - Continet hos omnes lex uetus ista uiros.* [4] (f. 159v) ⟨Viri illustres N. T.⟩. Inc. *Isti sunt de lege noua uerba Iohannis.* Des. *Te quoque contingat hac prece posse frui.* [5] (f. 160v) Evangelica historia ⟨iuxta quatuor evangelistas⟩ inc. *Claruit Herode ius regis agente sacerdos.* Des. *Dat finem Petrus finit et ipse suum;* praeit (f. 159v) prologus, qui inc. *Post legem ueterem, respira Petre, refulget* ac des. *Currat ut hystorie littera more suo;* [6] (f. 198) Actus apostolorum. Inc. *Theophilo scribens uir Christo mente subactus.* Des. *Hic finit liber et consumma* (! sc. cum summa) *linea metrum;* praeit prologus qui inc. *Tiberii nono decimo regnantis in anno* ac des. *Christus in his decies oculis apparet eorum.*

2. Hildeberti ⟨de Lavardin⟩ venerabilis cenomanensis episcopi ⟨excerpta ex libellis: applicatio moralis ex V. T., ex N. T., ex inscriptionibus christianis⟩ (in ms. *de significationibus historiarum*), [1] (f. 211) ex aliis versuum argumentis n. 6 (M. 171, 1280); [2] (ibid.) ex eisdem n. 7 (M. l. cit.); [3] (ibid.) ex N. T. n. 24

(M. l. cit., 1279); [4] (ibid.) ex V. T. n. 30 (M. l. cit., 1268); [5] (ibid.) ex N. T. n. 1; [6] (ibid.) ex V. T. n. 31; [7] (ibid.) ex N. T. n. 4; [8] (ibid.) ex V. T. n. 29; [9] (f. 211ᵛ) ex N. T. n. 19; [10] (ibid.) ex V. T. n. 13; [11] (ibid.) ex eodem n. 15; [12] (ibid.) ex eodem n. 17, differt tamen initio: *Egiptus, mundus, Pharao, satan Israelite;* [13] (ibid.) ex eodem n. 38; [14] (f. 212) ex N. T. n. 5; [15] (ibid.) quot modis damnamur vitio gulae: *Est certum quod quinque modis gula damnat edacem - Sic ad uelle suum studiose praeparat illum;* [16] (ibid.) ex V. T. n. 43; [17] (ibid.) ex eodem n. 6; [18] (ibid.) ex eodem n. 27; [19] (ibid.) ex N. T. n. 13; [20] (ibid.) ex V. T. n. 18; [21] (. 212ᵛ) ex N. T. n. 18; [22] (ibid.) ex V. T. n. 3; [23] (ibid.) ex eodem n. 5; [24] (ibid.) ex eodem n. 47; [25] (ibid.) ex eodem n. 48; [26] (ibid.) ex eodem n. 1; [27] (ibid.) ex inscr. christ. n. 55 (M. l. cit., col. 1285); [28] (ibid.) ex V. T. n. 26 (quatuor versus priores); [29] (ibid.) ex inscr. christ., n. 3; [30] (ibid.) ex V. T. n. 14; [31] (ibid.) ex V. T. n. 21 (septem versus priores); [32] (ibid.) ex eodem n. 14 (septem versus posteriores); [33] (ibid.) ex eodem n. 8; [34] (ibid.) ex eodem n. 9; [35] (ibid.) ex eodem n. 22; [36] (f. 213ᵛ) ex V. T. n. 19; [37] (ibid.) ex eodem n. 25; [38] (ibid.) ex eodem n. 24; [39] (ibid.) ex eodem n. 34; [40] (ibid.) ex aliis versuum arg. n. 12 (M., l. cit., col. 1282); [41] (f. 214) ex V. T. n. 11; [42] (ibid.) ex eodem n. 37; [43] (ibid.) ex aliis versuum arg. n. 11; [44] (ibid.) ex N. T. n. 7; [45] (f. 214ᵛ) ex eodem n. 46; [46] (ibid.) ex eodem n. 51; [47] (ibid.) ex eodem n. 23; [48] (ibid.) ex eodem n. 41; [49] (ibid.) ex eodem n. 10, aliter; [50] (f. 215) ex eodem n. 32; [51] (ibid.) ex eodem n. 4; [52] (ibid.) ex eodem n. 16; [53] (f. 215ᵛ) ex N. T. n. 11; [54] (ibid.) ex V. T. n. 20; [55] (ibid.) ex inscr. christ. n. 10; [56] (ibid.) ex V. T. n. 45; [57] (ibid.) ex N. T. n. 14; [58] (ibid.) ex eodem n. 3; [59] (f. 216) ex V. T. n. 39; [60] (ibid.) ex aliis versuum arg. n. 9; [61] (ibid.) ex N. T. n. 21; [62] (ibid.) de sex proprietatibus columbae: *Pelle columba caret tales ut simus oportet - Raro sola uolat mens sanctos sancta frequentat;* [63] (ibid.) ex inscr. christ. n. 6, subnectuntur tamen duo versus priores e n. 48 eiusdem opusculi; [64] (f. 216ᵛ) ex V. T. n. 49; [65] (ibid.) subnectitur sine titulo ex V. T. n. 44; [66] (ibid.) subnectitur sine titulo ex aliis versuum arg. n. 8; [67] (ibid.) ex N. T. n. 23; [68] (ibid.) ex aliis versuum arg. n. 5, sed differt: *Est ratio quod pars altaris dextera misse - Nostra fides, et erunt sub mundi sine* (!) *fideles;* [69] (ibid.) ex eodem n. 4; [70] (ibid.) ex eodem n. 5; [71] (f. 217) de ⟨g⟩radibus qui fuerint in incarnatione eius: *Aluus de celo presepe recepit ab aluo - Mundus cura caro clauduntur eterna uocatis;* [72] (ibid.) sine titulo subnectitur aliud epigr.: *Prima nobis domus lar turba polusque paratur - Culpa priora duo dat, gratia sola supremum.*

Codex, qui nn. 1, 2 p. CXLVI antiqui indicis urbin. convenire potest, titulos praefert rubros, initiales tam maiores quam maximas caeruleas ac rubras lineis ornatas.

In f. 1 parvus index manu saec. XV. Ff. I, quod praefert verba: *erat in armariis videlicet in primo* et 217v vacua.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Pii IX.

723. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 200×138, ff. I. 34.

1. **Baldini Bernardini** [1] (f. 1) liber de arte poetica Aristotelis versibus fideliter et latine expressus. Inc. *Institui quae pulchra dedit praecepta poësis.* Des. *Haec super heroa et tragica sat dicta poesi* (Mediolani apud Pontium 1576, sed editionem non vidi). [2] Epigrammata [a] (f. 32) de Alexandro Macedone et Piccolomineo (decastichon): *Magnus Alexander magni generosa Philippi* - *iure superba tua est;* [b] (ibid.) de Virgine et Marte (octastichon): *Aetheriae Veneri similis lectissima uirgo* - *quam Venus ipsa sibi;* [c] (f. 32v) in obitu Francisci Aronei medici (octastichon): *Haud promptum fuit ante tibi mors perdere gentem* - *mors tua dextra tulit;* [d] (ibid.) de aegrotatione Ioannis Vendramini equitis (decastichon): *Ne quaeso properate Deae fatalia mentes* (! nentes) - *mala morte Deae;* [e] (f. 33) in obitu Laurae Pansanae (hexastichon): *Quae uarios cantus suaues quae foemina rhythmos* - *dulce sonante sonat.*

2 (ibid.). Caeci Falconetti Camilli senensis (de Baldino dodecastichon): *Vrbs Pataui Liui te candide iure superbit* - *docta per ora uolat.*

Ff. I, 1v, 33v-34 vacua sunt.

Contectus charta spissata saec. XVII.

724. Saec. XVI, chart., mm. 220 × 158, ff. 24.

Viperani Io. Antonii carminum liber unus (seu odae I-XXV), [1] (f. 2) propositio et invocatio, ode I: *Nos habet Polymnia / suus quique sensus et libido* - *Et quos benigno inspexit ore numen* (cf. Io. Ant. Viperani opp., Neapoli 1606, p. 358); [2] (f. 3) ad b. v. Mariam: *Virgo sed mater ueneranda Christi* - *Te duce portum;* [3] (f. 4v) ad Pium IIII pont. max.: *Vnum deorum est, vnum hominum genus* - *Siste tuum uerecunda gressum;* [4] (f. 5v) in Iulium Feltrium s. r. eccl. cardinalem, Perusiae Vmbriaeque legatum: *Hymne et heroum decus et deorum* - *Flumine ripas* (cf. l. cit., p. 350); [5] (f. 6) ad Bernardinum Perinellium: *Nunc grauidas aperit terras Venus et tepens fauoni* - *Virtus dolores lenit atque curas;* [6] (f. 7) in Fulvium Corneum s. r. e. cardinalem simulque Ascanium fratrem: *Purpuram baccis imitata rubris* - *Lumina gentis* (cf. l. cit., p. 350); [7] (ibid.) ad Vitellozum Vitellium s. r. eccl. card.: *Depicta bellis carmina fabulis* - *Inque gradu requiescit alto;* [8] (f. 8) ad Ranerium Sfortiam: *Multos arua iuuant Pieridum lymphaque Phocidis* - *Vates laurigeros Phaebus amat. Nil sine Apolline;* [9] (ibid.) ad Fabium Myrtum episc. Caiacensem: *Fortunae rota*

mobilis - Virtus sola beat non populi fauor (cf. l. cit., p. 362); [10] (f. 9) in scabiem: *O lues multis fugienda uotis - Execror omni* (cf. l. cit., p. 355); [11] (f. 9ᵛ) in obitum Sicinnii e Pepulis: *Mors ego uera soror, uultuque simillima somni - Et supremum Martis honorem* (l. cit., p. 353); [12] (f. 11) ad ficum in horto s. Teclae: *Annus hic horrens Aquilone cunctas - Virginis arbor* (cf. l. cit., p. 364); [13] (ibid.) in d. n. Iesu Christi natalem diem: *Quae perfecta dies lux uehis omnium - Munus carmine debitum;* [14] (f. 11ᵛ) ad Iulium Feltrium...: *Ne coram uacuus munere debito - Ima fugit, subit astra diuum;* [15] (f. 12ᵛ) in spes inanes et vana hominum studia: *Tandem pone tuis modum - Semper nemo beatus fuit aut miser* (cf. l. cit., p. 362); [16] (f. 13) ad Ioan. Bapt. Castoreum archiep. rossanensem: *O sacra uitta religate crines - Iupiter urnis;* [17] (f. 14) ad Benedictum Varchium: *Quaenam, musa, dabis tuo - Nostris pectoribus gloria Varchij;* [18] (f. 15ᵛ) in astronomum ⟨Io. Bernardinum Rastellium⟩: *Quid tandem immensum uasti iuuat aetheris aequor - Ni quos uexit ad aethera virtus* (cf. l. cit., p. 360); [19] (f. 16ᵛ) in sphaeram astronomicam: *Mens nostra naturae aemula, saepius - Amplius, o superi, relictum est* (cf. l. cit., p. 363-364); [20] (f. 17ᵛ) in Carolum Crassum falernensem episc.: *Musa quem nobis recines iocoso - Tempora serti;* [21] (f. 18) ad Andream Matthaeum Acquavivam Venafri episc.: *Pallas uirgineo prodita semine - Nulli non hominum placet;* [22] (f. 19) ad Ferdinandum Farnèsium: *Conflato aere diu premor - Maiori (ut uideor) foenore cum tuo* (cf. l. cit., p. 350-351); [23] (f. 21) ad Iulium Bidellum: *Vates alumne Pieridum sacer - Stultitia caruisse paucis* (cf. l. cit., p. 352-353); [24] (f. 22) ad Iulium Feltrium... card....: *Non formas didici ex aere corinthio - Et Themidis regit arte priscos;* [25] (f. 23) ad Phoebum: *Pendeat clauo lyra, Phaebe, cordas - Tempora caedunt.*

In f. 1 post titulum quercus picta, circum inscriptio: *Latet-arbore-opaca;* infra quercum: *I. F. C.* (Iulius Feltrius Cardinalis); in imo margine: *Musa sub antiqua dum pulsat carmina quercu / Implet odoratum cantibus omne nemus.* Ff. 1ᵛ, 23ᵛ, 24 vacua.
Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XIX.

725. Saec. XVII in., chart., mm. 190 × 132, ff. I. 38 (+ f. 15ᵃ, 16ᵃ sine numeris).

Bonetti Iacobi sanctomarinensis 1 (f. 5) applausus universi (sive) epithalamium in nuptiis serenissimorum principum Federici Feltrii de Ruvere et Claudiae Medicis (hexametri 1-308), incipiunt: *Primaeuos iterum radios, primaque serenas.* Desinunt: *Extulit, aeternis riserunt astra choraeis;* praeit [1] (f. 1) titulus; [2] (f. 3) dedicatio: *Federico Feltrio de Ruuere ornamento orbis, splendori principum - Offert, dedicat, sacrat.* 2 (f. 16). *L'incanto, idillio nelle nozze dei serenissimi principi il principe d'Urbino e l'infante di Toscana.* Inc. *Già*

risonaua il mondo, / E doue al dì nascente / La dea d'amor prepara. Des. *Ch'arso e legato a l'uno e a l'altro il petto / Del'incanto seguito era l'effetto.*

Codex littera currenti scriptus f. 4[v] exhibet pictam tesseram gentiliciam feltrensem de la Rovere, in quà inserta est medicea. Ff. I, 1[v], 2, 4[r], 15[v], 15[a], 16[v], 16[a], 37, 38 vacua sunt.

Codex membrana cum ornamentis aureis contectus est saec. XVII.

726. An. 1561 (cf. f. VII), chart., mm. 199×134, ff. VIII. 163.

Faggiis (de, vulgo **Sangrini**) **Angeli** poesis christiana. **1** (f. 1). Meditationes 1-7 in septem verba Christi Iesu, quae dum penderet in cruce effatus est (versibus hexametris). Prima inc. *O quam ingens bone Iesu o quam altum illustre decorum.* Septima des. *Conuiuat tecum fruitura Tonantis amore* (Angeli Sangrini poesis christiana, Patavii 1565, f. 37-74); praeit (f. IV) auctoris dedicatio: *Revm̃o et illm̃o* Iulio de Ruere urbinati, ducis Vrbini filio, S. R. E. diac. card. s. Petri ad vincula: *Magna olim cura apud maiores nostros fuit, illustrissime ac reuerendissime domine, non solum poetarum, oratorum atque philosophorum - ornamentumque Vrbini ducatus perquam insigne. Ex sacro Casini coenobio, XI kal. Nouembris. M.D.LXI.* **2** (f. 47). Quod in cruce Iesu et non in mundi fastis aut in carnis luxu gloriandum sit christicolis... (heroicum carmen): *Viribus effertur validis, ut corpore uasto.* Des. *Carceris igne et ab inferni feritate tyranni* (l. cit., f. 31[v]-36[v]). **3** (f. 55). De ineffabili Iesu nomine... (hexametri): *Candide Iesu, illustris Iesu, floride Iesu - Oblectet tam animo puro quam corpore casto* (l. cit., f. 11-19[v]). **4** (f. 60). De nominibus Iesu e scriptura sacra excerptis (elegia): *O maris, o terrae decus, o super astra corusce - Nos trahat ad superos post bona fata lares* (l. cit., f. 106-108). **5** (f. 62). Ad Iesum super illud « Pulsate et aperietur vobis » (hexametri): *Cum sis, o bone Iesu, humanae proflua uitae - Purior effulsisti et amoris clarior igne* (l. cit., f. 83-83[v]). **6** (f. 64) De amore Iesu in peccatorem (hymnus): *Iesu amoris floridi - Fac gloriosum in patria. Amen* (l. cit., f. 143-144). **7** (f. 65). De Iesu benignitate et charitate in peccatorem (hymnus): *Iesu amor dulcissime - Vt nocte semper somniem* (l. cit. f. 144-146). **8** (f. 68). Quod mortalis quisque debeat grates referre immortales Christo... (hymnus): *Quando mi Iesu fulgide - Hic semper autem in aethere* (l. cit., f. 146-148). **9** (f. 70[v]). Quam Iesus sit dulcis amantibus illum... (hymnus): *Iesu, Iesu amabilis - Per te triumpho gratia* (l. cit., f. 148[v]-150). **10** (f. 73). ... nec ullum adeo ingens facinus ut eum ab hoc diligendi munere valeat avertere (hymnus): *Mi Iesu, Iesu mi unice - Hic atque in astris clarior* (l. cit., f. 150[v]-152). **11** (f. 76). Quod nullum... deforme et immane scelus est quod Iesu benignitate

non deleatur... (hexametri): *Nullum adeo deforme scelus, nec crimen iniquum - Victor, odorifero distinctus tempora flore* (l. cit., f. 80ʳ-82ᵛ). 12 (f. 79). De misericordia et bonitate Dei erga peccatorem... (hexametri): *O quam magna Dei bonitas, cui summa potestas - Gesta hominum, o hominum pater, o rex, o pie iudex* (l. cit., f. 74-75ʳ, deest hexameter ultimus). 13 (f. 81). Quod non tam Deo displiceat peccatum quam post peccatum desperatio... (hexametri): *Num tibi displicuit tantum uox sanguinis, Abel - Exitium maledicte Cayn, temerarie custos* (l. cit., f. 76-78). 14 (f. 84). Speculum peccatoris et pravae conscientiae lavacrum... (hexametri): *Veh mihi, peccatum peccaui immane, malignum - Inde sacerdoti aeque Christo pandere curem* (l. cit., f. 78ʳ-80). 15. Paraeneses 1-7, [1] (f. 88) in die palmarum... (elegia): *O uana, o mundi foeda, o insulsa uoluptas - Et mihi te uiridis reddat oliua pium* (l. cit., f. 86ʳ-90ᵛ); [2] (f. 93) ... anima admonetur ut... in Sion coenaculum evadat... (elegia): *Tam cito dormitas anima? euigilantior esto - Vt maiora tibi sic meliora dabit* (l. cit., f. 91-93); [3] (f. 97) ut... ab omni se prorsus superbiae fastu deiectet... (elegia): *Grandia nobilium rutilant dum gesta uirorum - Sponsa, Deus iunxit se tibi factus homo* (l. cit., f. 93ʳ-95); [4] (f. 99ʳ) ... de ignita charitate et profunda humilitate Iesu in abluendis Petri pedibus... (elegia): *Nil dubij quod grandis erit uirtutis imago - Solus Iesus habet, quo luet omne malum* (l. cit., f. 95-99ᵛ); [5] (f. 104) de ineffabili Eucharistiae sacramento... (elegia): *O quam grandis amor, quam ingens pietatis imago - Haec pia deuoto pectore uerba cane* (l. cit., f. 98-102ᵛ); [6] (f. 109ʳ) ... peccatoris deploratio ante Eucharistiae sacramentum (hexametri): *Peccaui miserere mei, miserere dolentis - Omnia et in quo plusquam in seipsis omnia constant* (l. cit., f. 102ʳ-104); [7] (f. 112) ... vitam nostram brevem... bonis moribus excolere... (elegia): *Quis furor incessit? quae uos dementia cepit - (!) Summa breuis, quam malus usus agit* (l. cit., f. 104-106). 16 (f. 115). Quod... Mariae nomen ubique sit celeberrimum... (elegia): *Diua Maria, benigna Maria, pudica Maria - Si mihi contulerit quam peto, mater, opem* (l. cit. f. 191-191ʳ). 17 (f. 116). ... nulla creatura post Iesum excelsior Maria... (elegia): *Qualis es, o virgo, et quanta, o nitidissima Iesu - O magna, o pulchra, o virgo Mària bona* (l. cit., f. 191ʳ-192ʳ). 18 (f. 117). ... inter caeteras creaturas unica... (elegia): *Qualis es o Virgo et quanta es tu o unica mundi - Ferto salutifera nos super astra manu* (l. cit., f. 192ʳ-193ʳ). 19 (f. 118ʳ). Quod... Maria dicatur stella maris... (elegia): *Si maris es stella, o uirgo, stellantis Olympi - Stella freti, o Helice, o o Cynosura poli* (l. cit., f. 194-194ʳ). 20 (f. 119ʳ). Quod v. Maria... sit quid multo a caeteris rebus praecelsius... (elegia): *An stella, an luna es virgo? an Cynosura superni - Omnis in hoc saeclum gratia et omne bonum* (l. cit., f. 194ʳ-195). 21 (f. 120ʳ). ... fons ubi animae labes abluitur et

Taurelli ⟨seu **Torelli**⟩ **Pomponii** ⟨parmensis⟩ comitis montis Clariculi carminum libri I-III priores (carminum libri sex, ed. Parmae ex typographia Erasmi Viotti, 1600, p. I-88). Haec tamen sunt adnotanda; [1] deest in ms. parvum carmen Antonii Quaerengi, quod habetur in ed. f. I^{v}; [2] inest in ms. (f. 5) carmen, inscriptum *in Romanos gestientes* (pro Turcis recendentibus Melita insula), quod inc. *Quid laeta festos nunc tibi fingis dies* ac des. *suis fugasti sedibus;* [3] (f. 75) in ms. aliud inest carmen inscriptum: In Camillum Platonium innominatorum principem: *Genus deorum thespii cacuminis - Tu nequiores redderes;* [4] (f. 85) carmen in s. Pium V multum differt ab edito (p. 80-82, ed. cit.): [5] (f. 89) carmen inscribitur in Iulium a Robore card., quod (ed. cit., p. 85) in Hieronymum a Robore card., inc. autem *Iulio...* (in ed. cit. *Optimo...*); [6] (f. 92^{v}) deest carmen ad Antonium Quaerengum (ed. cit., 87-88), clauditur denique carmine I libri IV, quod inscr. in Franciscum Mariam Urbini ducem (ed. cit., pag. 89-90).

I, 1^{v}. 94 vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

739. An. 1517 (cf. f. I), membran., mm. 190 × 125, ff. I 121.

1. **Lippi Brandolini** ⟨Aurelii⟩ libellus (seu potius variis elegiis compositum poema) de laudibus Sisti IV pont. max. ⟨et familiae⟩ Inc. (f. 18^{v}) *Sederat omnipotens medio sublimis Olimpo.* Des. *Vecta est in portum nostra carina suum;* praeeunt [1] (f. 1) Raphaelis Brandolini Lippi iunioris (Aurelii germani) epist. Galeotto de Robore, presbitero card. s. Petri ad vincula, vicecancellario dignissimo, quae inc. *Nullum grati animi certius afferri testimonium potest* (auctor in hac epist. libellos, ab Aurelio fratre conscriptos, sed quorumdam improbitate obtrusos et ab eo olim Sixto IV dedicatos, Galeotto offert) des. *ex collatis in me beneficiis reportabis. Vale sexto kal. Decembres MDV.;* [2] (f. 2) Lippi Brandolini ⟨Aurelii⟩ praefatio ad rmum dominum Iulianum episcopum Hostiensem, card. Petris

ad vincula, Sixti IIII nepotem, quae inc. *Cum omnis nostra felicitas in uno* (cardinalem laudat) ac des. *tuum erit meae meorumque honestati salutique consulere;* [3] (f. 8ᵛ) ad libros phaleucii 1-36, qui incipiunt: *Qui dudum tenebris situque turpi* ac desinunt: *Hic erit Dominus Deusque uester;* [4] (f. 10) *prologus, in quo gloriae comparandae rationes et sui ipsius commendatio continetur, libri argumentum, nonnullae Sixti laudes: Cum omnis hominum actiones et omnia humanae uitae genera - Haec dederis nobis premia si placui;* [5] (f. 15) elegia ad Sistum IV... *in qua eius laudes proponit, Phebum musasque inuocat, ipsius Sisti auxilium implorat, seque illi commendat: Supremum in terris hominum diuumque parentem - Inflabis zephyris tu mea uela tuis;* subsequitur [6] (f. 50) ad urbem Romam (epigr.): *Cum te Roma tuus uellet fundare Quirinus - facta dea es;* [7] (f. 50ᵛ) ad Iulianum card. (epigr.): *Quid primum sacri ne insignia mirer honoris - fac ipse taces;* [8] (f. 51) de morte Petri, card. s. Sisti (hexastichon): *Qui fuerat toto nuper clarissimus orbe - non subit ulla rogos;* [9] (ibid.) ad Platinam (epigr.): *In tantam mea musa urbem uectura mouetur - non timet illa tuos;* [10] (f. 51ᵛ) ad librum (elegia): *Vade liber, non me qualem mittente decebat - caeca Thalia fores.* 2 (f. 71ᵛ). De rebus gestis a Sisto IV pont. epigrammatum libri I-II; praeeunt [1] (f. 52ᵛ) auctoris *in libros de laudibus ac rebus gestis Sisti IV pont. max. et suorum oratio, in qua nostrorum temporum, cum priscis comparatio, mirae Sisti laudes et librorum argumenta continentur: Audio saepenumero, beatissime pater, et quidem ab hominibus non ineruditis - memoriam apud posteros propagandam excogitare. Vale;* [2] (f. 69ᵛ) *Inscriptiones seu rubricae duorum librorum: Ad musam quo cultu habituque Sistum sit aditura, epigramma - Ad Sistum ut otia musis largiatur. De laudibus et aeternitate Sixti.* Liber I [1] (f. 71ᵛ) de urbe instaurata.... ad Musam... elegia (in ms. *epigr.*): *Felices iterum domini uisura penates - omnia Siste leges;* [2] (f. 72ᵛ) .... ut hoc opus de se scriptum legat, epigr.: *Aetherei reseras genitor qui lumen Olimpi - querere Siste fuge;* [3] (f. 73) de materia et lectoribus huius operis, epigr.: *Hunc lege sincera quicumque es fronte libellum - ista legas;* [4] (f. 74) qui dii huic operi sint affuturi et qui non, phaleucii 1-52 (in ms. *epigr.*): *Formosa o gemini parens amoris - Hic uobis sacer est liber uenite;* [5] (f. 75ᵛ) ad Marsum, cur grande poema non scribat (octastichon): *Dicere Marse soles magnum cane, Lippe, poema - ergo fames;* [6] (f. 76) quod aeternus per Sistum fiat (decastichon): *Meonides longum uixit uiuetque per aeuum - Materia insignem perpetuumque facit;* [7] (ibid.) ... quam multa gesserit et quo ordine dicenda, epigr.: *Tot simul occurrunt de te edere pauca volenti - Quaecumque in nugis hic erit ordo meis;* [8] (f. 76ᵛ) de die quo... est creatus, epigr.: *Candida lux propera totis laetissima terris - Perficias, Sisto principe, terdecimum;* [9] (f. 77ᵛ) de

domo sive palatio... (epigr.): *Marmoreas Licini, Crassique et Caesaris ędes - Tecta memento deis esse minora suis;* [10] (f. 78) de fano quod... in palatio condidit (epigr.): *Hic ubi sidereum consurgit ad ęthera templum - Sic decuit magnos, Siste, habitare deos*; [11] (f. 78ᵛ) de loco, qui paradisus dicitur... (epigr.): *Nocturnę hic fuerant media quoque luce tenebre - Templa, domum sacris condidit ille uiris;* [12] (ibid.) de bibliotheca... (epigr.): *Quid iactas Pharii numerosa uolumina regis - Siste pater uincis, quatuor unus habes;* [13] (f. 79) de bibliotheca ex penu facta (tetrastichon): *Quae fuerat quondam Cereri madidoque Lieo - hoc meliora duce;* [14] (f. 79ᵛ) de mula sibi emenda (epigr.): *Vultis emi mulam, pretium non solvere uultis - Iam Sisti vates non ero, aquator ero;* [15] (f. 80) de die quo... est coronatus (elegia): *Dęsere longeuum formosa aurora maritum - Invideant mundo te precor astra diu;* [16] f. (80ᵛ) de vitae commodis sibi... datis (epigr.): *Imbelles dederant artus corpusquę parentes - Ergo tu pater es, tu mihi, Siste, Deus;* [17] (f. 81) de urbe... instaurata et classe in Turcas missa (elegia): *Quantum Roma tibi, quantum tibi debeat orbis - O pietas, debet iam Deus ipse tibi;* [18] (f. 82) de urbe Roma... iterum condita (elegia): *Romulus exiguo nemorosa palatia muro - Nunc dabo, par meritis gloria nulla tuis;* [19] (f. 83) de urbe... viis ornata (epigr.): *Tota erat urbs casulis atrisque obsessa tabernis - Urbis habet, duce te reddita Roma sibi est;* [20] (f. 83ᵛ) de via quae a ponte ad palatium ducit (epigr.): *Appia si mihi nunc detur, deturue latina - Tu quoque non alia Siste adeundus eras;* [21] (f. 84) de via, quam Sanctam vocant, ubi via loquitur (epigr.): *Quisquis iter facis hac mecum letare uiator - Hinc cupiant iterum corpora sancta trahi;* [22] (f. 84ᵛ) de via, quae ducit ad aedem beatae Mariae de populo (hexastichon): *Condiderat castae templum uenerabile matri - principis o pietas;* [23] (ibid.) de via, quae a ponte ducit in campum florum (epigr.): *Hic ubi tot cernis dextra levaque tabernas - Est tellus meritis non satis una tuis;* [24] (f. 85ᵛ) de via quam papalem vocant (decastichon): *Sordibus et cęno immunde vix peruia plebi - que tibi cura tui?;* [25] (ibid.) de via, quam rectam vocant (epigr.): *Quisquis adis procerumque domos ac templa deorum - Siste tuo, ipsius nomine clara uia est;* [26] (f. 86) de via que ad trivium ducit, quem montem Marii vocant (decastichon): *Cum media ex agris plebs rustica nocte redibis - Esse peregrinis agricolisque uias;* [27] (f. 86ᵛ) de ponte... (epigr.): *Hellespontiacam sileat iam Grecia molem - Magna tuis, tu tu maxima, Siste, facis;* [28] (f. 87) de operibus... tum perfectis tum inchoatis elegia, (in ms. *epigr.*): *Ecquid, Siste, tuam lustras dum lumine Romam - Tu gere, mox quae tu gesseris illa canet;* [29](f. 87ᵛ) ... de donis musarum (epigr.): *Crateres alii donant tibi, Siste, capaces - Aut cum magna feram, magna referre para.* Liber II. De Urbe instaurata et aliis eius suorumque laudibus.

[30] (f. 88v) De templis.... instauratis et conditis elegia (in ms. *epigr.*): *Dicta parens diuum non falso nomine Roma - Hoc in te superent omnia uota Dei;* [31] (f. 90) de templo divae Mariae de populo... (epigr.): *Omnia conspicuis ornavit numina templis - Hic contentus agas da pater astra deis;* [32] (f. 90v) de eodem octastichon (in ms. *epigr.*): *Cum tibi diua parens totum sint templa per orbem - sepe uidere tuum;* [33] (f. 91) de domo hospitali s. Spiritus.... elegia (in ms. *epigr.*): *Aspicis erectam quicunque ad sidera molem - Sit rogo diis cunctis mutua cura tui;* [34] (f. 92) de natali D. N. Iesu Christi elegia (in ms. *epigr.*): *Phebe parens mundum nitido qui conspicis orbe - Iam nihil ut cupias addere, Christe, potes;* [35] (f. 92v) de passione... (epigr.): *Naturae mundique parens hominumque deumque - O maiora suo munera sola Deo;* [36] (f. 93) de resurrectione... (epigr.): *Tradideras totum miseris mortalibus orbem - Et toto edamus pectore laetitiam;* [37] (f. 93v) de Eucharistia (epigr.): *Virgineum in gremium celo descendere ab alto - Qui se iam dederat, plus dare quid poterat?;* [38] (f. 94) ...de domo sibi reddenda (epigr.): *Dictus eram uates quondam tuus, ipse solebas - In stabulis natum scis habitasse Deum;* [39] (f. 94v) ...de tempore, quo propter pestis suspicionem abfuerat, elegia (in ms. *epigr.*): *Quadraginta dies spatium mihi longius anno - Ad pontem et sacras, Siste, sedebo fores;* [40] (f. 96) de malis punicis Sixto missis (epigr.): *Tolle age qua tegimur uictam et nos detege, Siste - A diis accipimus maxima parua damus;* [41] (f. 96v) de malis punicis Ioh. Francisco ⟨Franciotti⟩ depositario missis (epigr.): *Qualia Pheacum generata putantur in hortis - Donare est ditis, pauperis accipere;* [42] (f. 97) de meritis et pietate Sisti in patriam elegia (in ms. *epigr.*): *Parua opibus fuerat, re, fama ac nomine parua - Hos decet hos magnis urbibus esse uiros;* [43] ((f. 98) de meritis et pietate... in suos (epigr.): *Cum tua pontificem te fecerit unica uirtus - Non modo te magnum reddidit illa tuos;* [44] (f. 98v) de laudibus Iuliani card. s. Petri ad vincula elegia (in ms. *epigr.*): *Ipsa etiam occultas uires natura ministrat - Non cupit hoc, te te uiuere, Siste, cupit;* [45] (f. 99) de laudibus Bartholomaei ⟨della Rovere⟩ patriarchae et ferrariensis episc. elegia (in ms. *epigr.*): *Te quondam e tanto numero delegerat unum - uincere posse suos;* [46] (f. 100) de laudibus Iohannis de Robore praefecti (epigr.): *Quid facit obscuram ignotum traducere uitam - Materiam tempus non dabit, astra dabunt;* [47] (f. 100v) de laudibus Iohannis Francisci depositarii elegia (in ms. *epigr.*): *Nunc mihi pierides letas agitate coreas - Seruet inextinctum gloria parta decus;* [48] (f. 105) de partu Luchinae Iohannis Francisci uxoris elegia (in ms. *epigr.*): *Ecce Luchina iacet partus uexata dolore - Votaque seruata solue parente parens;* [49] (f. 106v) de filia Iohannis Francisci defuncta, phaleucii 1-35 (in ms. *epigr.*): *Quam nunc dii dederant tibi puellam -*

Et cara gere bella cum Luchina; [50] (f. 107ᵛ) de laudibus Dominici de Robore card. s. Clementis elegia (in ms. *epigr.*): *Prospera concordes dederant tibi uellera Parce - Hęc tibi uel cęlum si uolet umbra dabit;* [51] (f. 108) de laudibus Raphaelis ⟨Riario⟩ card. s. Georgii (epigr.): *Quis neget in teneris uirtutem protinus annis - Te tantum Raphael tollet ad astra decus;* [52] (f. 108ᵛ) de laudibus Hieronymi ⟨de la Rovere⟩ card. recanatensis (epigr.): *In duris facile est animum submittere rebus - Perge age non deerunt premia magna tibi;* [53] (f. 109) de laudibus Iohannis de Robore, Sixti affinis elegia (in ms. *epigr.*): *Desine iam graecos, iam desine fama Metellos - Vincimus, hoc illi non habuere, tace;* [54] (f. 109ᵛ) de laudibus Francisci, Pisarum prioris (epigr.): *Est aliquid nasci magnorum a stirpe uirorum - Conuenit, haud alium te pater esse cupit;* [55] (f. 110) de laudibus Guilielmi de Robore, Sisti nepotis (epigr.): *Magna quidem est Sisto, Guilielme, in pectore uirtus - laus tua semper erit;* [56] (f. 110ᵛ) de laudibus et morte Antonii de Robore, Sisti nepotis (epigr.): *Quid iuuat in medio vitam perrumpere cursu? - nil placet esse diu;* [57] (ibid.) de laudibus Bartholomaei Iubbae, Sisti nepotis (epigr.): *Sunt et opes aliquid, dat et ipsa pecunia nomen - Illa suas laudes concinat, illa tuas;* [58] (f. 111) de laudibus Petri ⟨Guilielmi de Roccha⟩ archiep., salernitani episc., elegia (in ms. *epigr.*): *Sit tibi cunctarum quanta experientia rerum - Ut tua purpureus tempora cingat apex;* [59] (f. 112) de laudibus Leonardi Griffi, beneventani archiep., el. (in ms. *epigr.*): *Dimidium nostrę fueras, Leonarde, camenę - Ipse potes solus, dic, Leonarde, tuas;* [60] (f. 113) de Ioh. Iacobo ⟨Sclafenato⟩, Sisti cubiculario (epigr.): *Eximia corpus forma natura parauit - casus inesse solet;* [61] (f. 113ᵛ) de Gregorio ⟨de Robore⟩, Sisti cubiculario (epigr.): *Ingentes hic optat opes, ille optat honores - gloria maior erit;* [62] (ibid.) de Petro mantuano, Sisti cubiculario (epigr.): *Pauper eras quondam, nec claro sanguine Petre - tunc quoque Lippus erit;* [63] (f. 114) de Andrea ⟨Brixiensi⟩, Sisti tonsore (epigr.): *Prebebat modicam tibi curta nouacula uitam - Ut uiuam fieri iam uolo tonsor ego;* [64] (ibid.) de Bartholomaeo, epularum Sisti ministro (epigr.): *Carmine postremus, sed non postremus honore - Et turbę et domino posse placere simul;* [65] (f. 114ᵛ) ad omnes, quorum laudes descriptae sunt, de praemio suscepti laboris (epigr.): *Hactenus ornaui merito te laudis honore - Hoc quoque non vultis? doleo quę cecini;* [66] (f. 115) ad Sistum ut otia musis largiatur (epigr.): *Qui regis immensum presenti munere mundum - Qui faciet magnos is puto magnus erit;* [67] (f. 115ᵛ) de laudibus et aeternitate Sisti elegia (in ms. *epigr.*): *Ecquid dum memori repetis tua pectore facta - Ut taceam donis os mihi claude tuis.*

3 (f. 117). Raphaelis Brandolini Lippi Iunioris deprecatoria ęlegia ad card. Galeottum ⟨Franciotti, alias Della Rovere, Iulii II nepotem⟩: *Car-*

mine si clarum Peliden fecit Homerus - Da, mirum est tenuis reddere magna paro.

Codicem, uti habemus in subscriptione f. I, *scripse Arias*, deinde siglum, *seruitor de v. s. a la quale me recomando notte e die.... 1517.* Tituli rubri, initiales tum maiores tum maximae coloribus ornatae sunt. Folii 1 quatuor margines decorati sunt floribus, auro, tessera gentilicia et capite Galeotti de Robore card. Folii 2 quatuor margines candelabro, surculis, floribus, lapidibus pretiosis, coloribus, tessera gentilicia Sixti IV et capite Galeotti de Robore pariter decorati sunt; ornamenta florum in marginibus sinistris foliorum 10, 18^{v}, 52^{v}, 71^{v}, 88^{v}. Ff. I^{v}. 119-121 vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

740 (olim 1187, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 206 × 131, ff. III. 19.

Alexandri de Florentia triumphus de inclitis laudibus magnanimi ac divi principis F e d e r i c i Urbini Montisferetrique comitis etc. Capitula I-IV ternario metro italice. Cap. I: *Era del cielo il fiamegiante calle - Sentender uuoi in parte e nomi loro;* (f. 4) cap. II: *Non fu dallo splendor del padre uinto - li orechi actenti pronti nelludire;* (f. 8) cap. III: *Qual fu colui che non diuenne il magho - pero che anchor ti resta un pondo greue;* (f. 12) cap. IV: *Quella che al uenator chiamando uenne - Et cosi inmediate lo descripsi,* clauditur subscriptione *E*<iusdem> *D*<ucis> *V*<rbini> *deuotissimus seruitor Alexander de Florentia;* praeit (f. II^{v}) inscriptio, alia manu coaeva: *Diuus Federicus / triumphator maximus / illustrissimus princeps Federicus / Vrbini dux inuictus septies / hostem profligauit, cuius imago in fronte huius / libelli cernitur. Ihs.* (magnam partem huius carminis ed. Zannoni, *Trionfo delle lodi di Federico da Montefeltro duca di Urbino,* in *Propugnatore* 1890, parte I, p. 162-187).

Codex, qui in antiquo indice urbin. n. 649 signatur, titulos praefert rubros, initiales quatuor aureas surculis coloribusque ornatas. Folii 1 margines dexter et sinister surculis, coloribus, flammis ac litteris *FE* ornati sunt. In marg. inferiore duo cupidines aligeri sustinent coronam lauream, in qua tessera gentilicia urbinas una aquila praedita superpositis litteris *V*<rbini> *D*<ux> *F*<ridericus>. Ante textum praeit tabella coloribus et surculis ornata, in qua circulus cum imagine equestri nunc evanida; supra tabellam inscriptio: *Diuus Federicus triumphator maximus.* Ff. I-III^{r}. 16-19 vacua sunt, nisi excipias f. 16^{v}, in quo admonitio: *Caccialup*<us> *admonet scolares, uenerem tamquam pestem esse uitandam; ergo Iohannes Baptista caue ne incidas in hoc perdulce malum etc.,* deinceps calami probationes. Descripsit cod. Zannoni l. cit.

In tegumenti dorso insignia gentilicia Innocentii XII.

741. An. 1487 (cf. carmen I, hexametrum 4), membran., mm. 203 × 126, ff. II. 77.

Alexandri Bracci florentini carmina. **1.** A m o r u m libellus ad illustrissimum G u i d o n e m F e l t r i u m Urbini ducem. [1] (f. 1) praefatio (elegiaco metro):

Guido clara ducis Federici atque inclyta salue - per tempora cuncta precamur (nonnulla disticha ed. Bandini, Biblioth. laurent., Florentiae 1776, 3, col. 785); [2] (f. 2) libelli trepidatio subeuntis principis aulam (epigr.): *Sepe licet noster tentauerit ante libellus - regia tecta petit* (cf. l. cit.); [3] (ibid.) praefatio in librum (epigr.): *Forte legent iuuenes si qui mea carmina, tantum - seue cupido tuos* (cf. l. cit.); [4] (f. 2ʳ) libelli principium, in quo narrat amoris initium et Floram eius puellam laudat (elegia): *Ruperat ulla meos nondum anxia cura sopores - Troia cremanda foret* (l. cit., col. 786, n. II); [5] (f. 4) Genus suum excusat, amantis more se iactat, nobilitatem virtuti inesse dicit, hortatur ac pollicetur plura (elegia): *Stemmata si ueterum nequeo iactare parentum - Musa uetusta facit* (cf. l. cit., n. III); [6] (f. 5ʳ) ad Floram (elegia): *Vt solet incautus fatales piscis ad escas - regibus esse puto* (cf. l. cit., n. IV); [7] (f. 7) contemnit urbium cultores (elegia): *Qui colitis uariis studiis atque artibus urbes - dulcia rura meam* (cf. l. cit., n. V); [8] (f. 8ᵛ) ad Floram excusatio, rogat eam et hortatur ad amorem (elegia): *Hei mihi difficile est rapidas abscondere flammas - digna fauore tui* (cf. l. cit., n. VI); [9] (f. 10ᵛ) ad Floram (elegia): *Cur miserum formosa fugis, cur temnis amantem? - annue uicta meis* (cf. l. cit., n. VII); [10] (f. 12ʳ) ad Floram (elegia): *Principio uidisse satis pia lumina Florae - dira puella necem* (cf. l. cit., n. VIII); [11] (f. 14) carmen Petrarcae in latinum versum (idest *sonetto* 81): *Cesar honorate ceruicis proditor illi - tristitiamque tegam* (cf. l. cit., n. IX); [12] (ibid.) conqueritur secum (epigr.): *Si uideo quae damna sequor, quam pestis adurat - frena proterua meo?* (cf. l. cit., n. X); [13] (f. 14ᵛ) Floram ad amorem hortatur (elegia): *Tantum insanus amor tuus in me crescit in horas - non eris aut Veneri* (cf. l. cit., n. XI); [14] (f. 16) seipsum increpat (elegia): *Ergone crudelem sequeris uesane puellam - i modo, pone faces* (cf. l. cit., n. XII); [15] (f. 18) ad amorem, conqueritur (elegia): *Quid me tam longo miserum consumere bello - obrutus occubuit* (cf. l. cit., n. XIII); [16] (f. 19ʳ) invehitur in somnium (elegia): *Nonne satis nostrum lux nutrit iniqua dolorem? - cogar amore miser* (cf. l. cit., n. XIV); [17] (f. 20ʳ) ad Floram gratulatio consecuti desiderii (elegia): *Tandem optata meis fulsit lux candida uotis - nec labor ullus iter* (cf. l. cit., n. XV); [18] (f. 22) amoris servitium (elegia): *Esse quid hoc dicam nisi sit uesana cupido - Solus amor nescit rebus habere modum* (cf. loc. cit., col. 797, n. XLVIII); [19] (f. 23ʳ) Flora loquitur (elegia): *Me miseram quales torserunt corda dolores - relligione colam* (cf. l. cit., n. XVI); [20] (f. 24ʳ) responsum (elegia): *Dum male me uexat febris, dum magnus adurit - plurima tura tuis* (cf. l. cit., n. XVII); [21] (f. 26ᵛ) Flora loquitur (elegia): *Ad te cogit amor querulas emittere uoces - finis acerbus erit* (cf. l. cit., n. XVIII); [22] (f. 27ʳ) responsum (elegia): *Sancta ad uos clamo rutilantis numina celi - tristia damna mee*

(cf. l. cit., col. 787, n. XIX); [23] (f. 29) deplorat absentiam ab amica (elegia): *Non tulit exilium grauius, qui uellera Colchis - claudat amica diem* (cf. l. cit., n. XX); [24] (f. 29v) de amoris sollicitudine (elegia): *Unica me, Bracci, semper nimiumque molesta - missa sagitta manu* (cf. l. cit., n. XXI); [25] (f. 31) Queritur se privatum amica (elegia): *Sydereis miserum quis me spoliauit ocellis - candida Flora, tui* (cf. l. cit., col. 777, n. XVII); [26] (f. 31v) similis querela (elegia): *Huc infęlici quicumque teneris amore - dicere, Flora, uale* (cf. l. cit., n. XVIII); [27] (f. 32v) querela (elegia): *Si quis amans unquam crudelia sensit amoris - quamque beatus ero* (cf. l. cit., n. XIX); [28] (f. 33v) similis querimonia (elegia): *O mihi sęua dies nigro signanda lapillo - lumina męsta sopor* (cf. l. cit., n. XXI); [29] (f. 34v) excusat amoris sui intemperantiam (elegia): *Corporis insanos longa ualitudine morbos - cor magis ulla leuat* (cf. l. cit., n. XXII); [30] (f. 36) ad Floram obiurgatio (elegia): *Siccine me tandem lusisti perfida amantem - suppliciumque feres* (cf. l. cit., n. XX); [31] se ipsum increpat et consolatur (elegia): *Iam tandem a lachrymis reuoca tua lumina, Bracci - mollia corda, uir es* (cf. l. cit., n. XXIII). 2. Liber secundus epistolarum ad amicos. [1] (f. 39) Petro Soder⟨i⟩no (elegia): *Forte die quo sacra colunt solemnia Thomę - pace fruatur amor* (cf. l. cit., col. 778, n. XXIV); [2] (f. 40v) epist. in persona Argentinae Malespinae ad Petrum Soderinum eius coniugem (elegia): *Si petis unde mihi subeant in carmina uires - scribere iussit amor* (cf. l. cit., col. 787, n. II); [3] (f. 45) ad Ginevram Benciam, puellam formosissimam (elegia): *Ille sali numerare licet pertentet harenas - nobile reddet opus* (cf. l. cit., n. III); [4] (f. 45v) ad cl. eq. venetum Bernardum Bembum (elegia): *Bembe tuum merito quis carpere possit amorem - ferreus ille uir est* (cf. l. cit., n. IV); [5] (f. 46) ad eundem: *Mittimus has uiolas digitis quas legit eburnis - semper habenda tuas* (cf. l. cit., col. 788); [6] (f. 46v) ad eundem (elegia): *Bembe, decus Veneti clarum, Bernarde, senatus - astra benigna tuum* (ed. l. cit.): [7] (f. 47) ad eundem descriptio horti Laurentii Medicis (elegia): *Ne me forte putes oblitum, Bembe, laboris - aggrederemur opus* (ed. loc. cit., col. 788-790); [8] (f. 49) ad Baptistam ⟨Spagnoli, carmelitam⟩ *ferr*⟨ar⟩*iensem,* theologum insignem (elegia): *Arrige nostra libens aures mentemque tabella - sordida frustra* (!) *mali* (ed. l. cit., col. 790-792); [9] (f. 51) topographia monasterii Mosqueti ad Philippum Sacramorum (elegia): *Quicunque ille fuit Mosquetae conditor aedis - sim quoque potus aquas* (cf. l. cit., col. 792, n. IX); [10] (f. 52v) in cattam (elegia): *Delitias inter domini, mea catta, priores - cursitat illa lares;* [11] (f. 53) ad Christophorum Landinum (elegia): *Me tibi tantus amor, prestans Landine, dicauit - concinat arma lyra* (fere tota ed. l. cit., col. 778); [12] (f. 53v) ad Marsilium Ficinum (elegia): *Ingenio meriti si*

prȩberentur honores - carmina digna leges (magna ex parte ed. loc. cit.); [13] (f. 54) Marsilii Ficini epist. Alexandro Braccio: *Plato noster in dialogo - et feliciter comitabitur euho. Vale.* (Epistolae familiares per Antonium Coberger, 1497, f. XLVI-XLVI^v); [14] (f. 55) Bracci Alexandri ad Naldum Naldium (sapphicon): *Phaebe musarum decus atque custos - uisere caros* (cf. Bandini l. cit., col. 592, n. XI); [15] (f. 55^v) Naldi responsio (epigr.): *Numen Apollineum quod, Bracci, edocte precaris - uita superstes erit* (cf. l. cit.); [16] (f. 56) ⟨Bracci⟩ ad Franciscum Saxectum (epigr.): *Assiduo quamuis te mercatura labore - uisere progeniem* (differt sub finem ab edito, l. cit., col. 775); [17] (f. 56^v) ad Ugolinum Verinum (epigr.): *Cum modo nascentem prȩcedat clare poeta - sic tibi nomen erit* (ed. l. cit., col. 781, n. VI); [18] (f. 57) ad Angelum Politianum (epigr.): *Tanta tibi tenero cum surgit pectore uirtus - carius esse nihil* (ed. l. cit., n. VII); [19] (ibid.) ⟨Angeli Politiani⟩ responsio (epigr.): *Qualis prisca fuit* (opp. ed. Del Lungo, Firenze, Barbera 1867, p. 229-231); [20] (f. 57^v) ⟨Bracci⟩ ad Laurentium Emporianum hortorum cultorem (elegia): *Hortorum celebris fuerit quam gloria quondam - dexter amicitiae* (Bandini, l. cit., col 782, n. X); [21] (f. 58) Antonii Zeno Alexandro Bracci (elegia): *Cum dixit Veneri Peligni lusor amoris - nomen adepta nouum;* [22] (f. 59) ⟨Alexandri Bracci⟩ carmen ridiculum ad Meliorem Crescium. (epigr.): *Cum Naldo Melior nostro cenabis apud me - cęna parata uenit;* [23] (f. 59^v) ad Carolum Poggium (elegia): *Carole quem latie genuit laus inclyta lingue - Hoc equidem totum debeo doque tibi* (primum distichon, mutato nomine, idem atque in epigr. ad Iacobum Poggium, l. cit., col. 779, n. XXIX, cetera differunt); [24] (f. 60^v) ad Calvum amicum absentem (epigr.): *Attica si centum mihi nunc talenta darentur - scande citusque ueni* (cf. l. cit., col. 793, n. XIII); [25] (ibid.) ad Antonium Clementium (asclepiadeion): *Legi uersiculos non sine gaudio - Vel fama uel honoribus* (cf. l. cit., n. XVI); [26] (f. 61) ad Nicolaum Micheloctium in Lucilium, carmen ridiculum (hexametri 1-26): *Sęuum, horrendum, ingens et inuincibile bellum - mittemus ad umbras* (cf. l. cit., n. XVII); [27] (f. 61^v) ad eundem (phaleucii 1-19): *Albam cum nudius tibi papyrum - Braccio sodali* (cf. l. cit., n. XVIII); [27] (f. 62) ad Gulielmum Becchum episc. fesulanum (sapphicon): *Mercuri curuę citharę parens - Musa sonori* (specimen, l. cit., n. XIX). *Finis libelli epistolarum ad amicos.* 3. Epigrammaton libellus. [1] (f. 64) ad Bartholomaeum Scala: *Nuper in exiguis quę parua uolumina chartis - esse reor* (cf. l. cit., col. 780, n. III); [2] (f. 64^v) ad Laurentium Medicem: *Tempora nostra tibi multum debentia Laurens - hunc nisi tangat amor* (ed. l. cit., n. I); [3] (ibid.) ad Bartholomaeum Scala: *Quis neget auguriis cognomen*

Scala parentes - concinis ore modos (ed. l. cit., n. II); [4] (ibid.) ad eundem: *Nonne pudet Scalam totiens uexare podagra - exuperare tuos* (cf. l. cit., col. 794, n. IV); [5] (f. 65) in ⟨Sistum IV⟩ affectantem tyrannidem: *Italiam Pyrrhus totam dum subdere tentat - substulit ira Iouis* (ed., mutato nomine Pyrrhi in Sistum, l. cit., n. V); [6] (f. 65ᵛ) Georgio Antonio Vespuccio: *Non tua te solum uirtus, doctrina, poesis - nomina clara tibi* (ed. l. cit., col. 781, n. IV); [7] (ibid.) ad Gasparrem Massanum: *Te Massane suis merito Florentia natis - sis neque grammaticis* (ed. l. cit., col. 781, n. V, mutato nomine Massane in Benedicte ⟨Colucci⟩); [8] (ibid.) ad Angelum Bassum ⟨Politianum⟩: *Carmina iucundo tua qui non lumine, Basse* (ed. Del Lungo, l. cit., p. 230 in nota) [9] (f. 66) ad Ugolinum Verinum: *Vgoline mihi tantum dilecte sodali - protege me clypeo* (cf. Bandini, l. cit., n. IX); [10] (ibid.) in psitacum: *Desine more uirum quod auis sim condita in urna - garrula dulcis erat* (cf. l. cit., col. 795, n. X); [11] (ibid.) ad Laurentium, loquitur pardus: *Hoc patriis uno solabar mesta relictis - sis memor ipse mei* (cf. l. cit., n. XI); [12] (f. 66ᵛ) in Lucilium semifatuum (elegia): *Myrtea Syllani componite serta poetę - purget ut helleboro* (cf. l. cit., col. 782, n. IX); [13] (f. 67) in eundem Lucilium: *Si cinicus numi Crates contemptor et auri - uel minuisse parum* (cf. l. cit., n. XI); [14] (f. 67ᵛ) Ioanni Nesio: *Non minor eximię cum sit tibi gloria formae - scandere summa polum* (uno disticho excepto ed. l. cit., n. XIII); [15] (f. 68) ad Nicolaum Michelotium: *Nescio piscari, nullos uiuaria pisces - disce quid ergo uelim* (cf. l. cit., col. 783, n. XX); [16] (ibid.) in Albieram Albitiam, puellam formosissimam, immatura morte peremptam (epigrammata 1-8) [a] (ibid.): *Ex me nil tutum morti saeuumque morari - intulit illa manus* (cf. l. cit., n. XXI; ed. Zannoni, *Un'elegia di Angelo Poliziano* in *Rendiconti d. r. accad. d. Lincei*, Roma 1893, p. 161)); [b] (ibid.) in eius marmoream effigiem: *Albiera insigni forma spectanda uiator - me rapuit superum* (cf. l. cit., n. XXII; ed. Zannoni, l. cit.); [c] (f. 68ᵛ) in eandem: *Si neque nobilitas nec maxima forma nec ętas - mors mihi dura fuit* (cf. l. cit., n. XXIII); [d] (ibid.) in eandem: *Albiera hic pulchras inter pulcherrima nymphas - cura dolenda uiri* (cf. l. cit., n. XXIV); [e] (ibid.) in eandem: *Albiera Albitia iacet hic sata gente uetusta - numina posse nega* (cf. l. cit., n. XXV); [f] (ibid.) in eandem: *Hac Venus et Pallas Dictinnaque clauditur urna - mors fuit una tribus* (cf. l. cit., n. XXVI); [g] (ibid.) in eandem, loquentem ad Gismundum Stufam eius sponsum: *Quid fles, quid lachrymas coniunx ita fundis inanes? - sum tibi uiua tamen* (cf. l. cit., n. XXVII); [h] (f. 69) consolatio eiusdem Albierae ad sponsum: *Nil me solicitat caros liquisse parentes - nescia uita mori* (cf. l. cit., n. XXVIII); [17] (ibid.) in Philippum Sacramorum ⟨vicarium florentini archiep.⟩ renuentem munera: *Hic lepus est latitans, procul hinc uenator abito - retibus ille capi* (ed. l. cit., n. XXIX);

[18] (ibid.) in podagrosum maledicum: *Nodosas Mutius chiragras tristesque podagras - lingua nocere mala* (cf. l. cit., n. XXX); [19] (ibid.) in mutum pedentem: *Quod uentris crepitus tam multos Carolus edat - nititur, ergo sapit* (cf. l. cit., col. 784, n. XXXI); [20] (f. 69v) in conquerentem se dormire non posse: *Sepe tuos quereris quod non sopor occupet arctus - te puto causa facit* (cf. l. cit., col. 795, n. XVI); [21] (ibid.) Petro Soderino: *Si laus obscuro posita est in carmine clara - soluere Apollo queat* (cf. l. cit., n. XVII); [22] (ibid.) in Franciscum Capellum: *Dodrantem Sexto debebat Varus amico - debitor esse uolet* (cf. l. cit., n. XVIII); [23] (f. 70) Petro Cennino: *Queris ut uxoris dulcis, Cennine, sodalis - coniugis arma paro* (cf. l. cit. n. XIX); [24] (ibid.) ad Calvum Pacinum: *Diligis interdum, fastidis saepe sodalem - is male semper amat* (cf. l. cit., n. XX); [25] (ibid.) in tonsorem, qui frigore periit: *Villosas hominum doctus precidere barbas - uita reliquit humi* (cf. l. cit., n. XXI); [26] (f. 70v) in potatorem: *Nunc mihi nunc tandem patuit cur insula ponti - nil meminisse tue* (cf. l. cit., n. XXII); [27] (f. 71) in adulteram: *Credideras potuisse uirum, Constantia, tuto - simul* (cf. l. cit., n. XXIII); [28] (ibid.) in avarum: *En clara et maculis obnoxia lumina nullis - uultque uidere parum* (cf. l. cit., n. XXIV); [29] (f. 71v) Sebastiano Caroli filio (laudat formam eius et doctrinam): *Cum tibi par meritum, par sit quoque gloria forme - Sentiet amplexus facta beata tuos;* [30] (ibid.) in Lucilium pediconem: *Lucilii cineres hac sunt tellure sepulti - si sapis ergo fuge* (cf. loc. cit., n. XXV); [31] (ibid.) ad Philippum Redditum: *Si quot luscus amat Neuius, Reddite, puellas - sic potuisse mori* (cf. l. cit., n. XXVI); [32] disticha 1-14 [a] (f. 72) in hominem levissimum: *Tu promissa negas - non leuis ullus erit;* [b] (ibid.) in maledicum: *Inuide ni nostros cessabis - carmina facta leges;* [c] (ibid.) in pediconem ardentem puerum, cui nomen erat Deus: *Quam bonus egregia - flagrat amore Dei;* [d] (ibid.) Antonio Meliorotto: *Miraris promissa tibi - nam data nulla fuit;* [e] (ibid.) allusio in nomen Mobilii: *Mobilio impositum - mobile semper habet;* [f] (ibid.) in pediconem: *Crispum quod sacri pueri - relligiosus homo est;* [g] ((f. 72v) in Albium: *Cum tibi despliceant - opus, Albe, tibi;* [h] (ibid.) in Bonum: *Te, Bone, quisque uocat - sis malus ipse nimis;* [i] (ibid.) in poetam maledicum: *Non amat indoctos - Rufus amare potest;* [j] (ibid.) Naldo Naldio: *Ad leporem Thomas inuitat - Nalde uocatur olus;* [k] (ibid.) cisterna: *Quam mihi sub terris lympham - Iupiter imbre mihi;* [l] (ibid.) poplema (problema): *Sexaginta novem - milia quinque tenent;* [m] (ibid.) in Candidum: *Omnia promittis semper - Candide, cuncta negas;* [n] (f. 73) in pediconem: *Si non pedicas - anus* (de his distichis cf. l. cit., n. XXVII); [33] (ibid.) in Gargilianum: *Aut scis et pateris tacitusque id pectore gaudes - Gargiliane uides* (cf. l. cit., col. 796, n. XXVIII);

[34] (ibid.) in Albium, amantem numerosas puellas (phaleucii 1-11): *Ardet tot miser Albius puellas - Tam rarum fugiant procum puellę* (cf. l. cit., n. XXIX); [35] (ibid.) in picturam: *Vix sibi tam similis Petrus est Pugliesius ipsi - non bene nosse queat* (cf. l. cit., n. XXX); [36] (f. 73^{v}) in eundem (phaleucii 1-7): *Tam ueris similes sibi Philippus - erunt pares utrique* (cf. l. cit., n. XXXI); [37] (ibid.) in sedentem super epistolis Ciceronis: *Excepit miserum quę me sors improba linguę - hoc prohibente nefas* (cf. l. cit., n. XXXII); [38] (f. 74) in subdolum et incostantem: *Promittis subitoque negas audacter, eodem - uiuit in orbe nihil* (cf. l. cit., n. XXXIII); [39] (ibid.) in poetam maledicum: *Dum similem ranis Naldum configere doctum - sic male sanus agit* (cf. l. cit., n. XXXIV); [40] (f. 74^{v}) in eundem: *Quam male de ranis dum fingis inepte querelas - ulla cicada fremit* (cf. l. cit., n. XXXV); [41] (ibid.) ad Petrum Cenninum: *Cenarum cupidus nimium Cennine uideri - hac ratione tuas* (cf. l. cit., n. XXXVI); [42] (f. 75) Petro Soderino: *Vt spatium mutui sermonis longius adsit - siue molossus aper* (cf. l. cit., n. XXXVII); [43] (ibid.) eidem: *Ante aliquid fueram, quam nos arcana iuberent - inter utrumque iacet* (ed. l. cit., n. XXXVIII); [44] (ibid.) in Nicomedem: *Dum Nicomedes erat tenera lanugine, fertur - assis amore senes* (cf. l. cit., col. 797, n. XXXIX); [45] (f. 75^{v}) Antonio Vallae: *Si te, Valla, dolis totiens cępere sodales - credulus est nimium* (cf. l. cit., n. XL); [46] (ibid.) Antonio Sinibaldo: *Historicis et dat, medicis dat Lisa, poetis - doctior ulla Venus* (cf. l. cit., n. XLI); [47] (ibid.) in Bassam: *Abs te non miror - dare, Bassa, queas* (cf. l. cit., n. XLII); [48] (f. 76) Meliori Pontico: *Carmina non recito - Pontice forte mihi* (cf. l. cit.); [49] (ibid.) in Marianum deformem: *Ornatus cum sis a uertice totus ad imos - cosmica quenque minus* (cf. l. cit. n. XLIII); [50] (ibid.) in ambitiosum: *Hic, septum dextra quem respicis atque sinistra - ambitiosus homo est* (cf. l. cit., n. XLIV); [51] (ibid.) ad Paulum: *Qui bene, Paule, negat - hic male, Paule, negat* (cf. l. cit., n. XLV); [52] (f. 76^{v}) p⟨r⟩oblema ⟨ad Rufum⟩: *V geminum uersis inter se necte figuris - hermafroditus erit* (cf. l. cit., n. XLVI); [53] (ibid.) in furem: *Qui modo pauper ęrat - fur cumularet opes* (cf. l. cit., n. XLVII).

Codex, qui convenit n. 540 antiqui indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores et maximas aureas lineis coloribusque ornatas. In f. I^{v} praeceptio medica: *Ex capillis Veneris herba si corona fiat capitis dolores sedabuntur et ea... herba trita et in uino pota morbo regio medetur.* Folii 1 margines superior et sinister frondibus aureis ac tribus insignibus ducum urbinatium, sc. penicillo, hermellina ac ventosa, ornati sunt; in margine inferiore tessera gentilicia aurea urbinatium ducum, corona, vexillo pont. et quatuor aquilis praedita, a quatuor puellulis aligeris sustentata. In f. 77 alia manu: epigramma Catulli ad Lesbiam, i. e. epigr. VII quatuor versus priores. Ff. I^{r}. II, 77^{v} vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

742. Saec. XVI, membran., mm. 210 × 151, ff. 8.

Vitalis Iani panormitani civis romani epithalamium Guidobaldi Roborii et Victoriae Farnesiae Vrbini ducum « Hymenaeus », ⟨hexametri 1-175⟩. Inc. *Ecce adsum tandem Italiae, o Farnesia virgo.* Des. *Ingentem ambrosiae spirans Hymeneus odorem;* praeeunt auctoris (f. 1ᵛ) hendecasyllabi 1-18 ad Alexandrum Farnesium cardinalem: *Farnesi mihi te nihil, iocaris - Praesenti pretio volo ut rependas* (de auctore cf. Mongitore, Bibliotheca sicula, Panormi 1707, 1, p. 305, sq).

Codex eleganti manu scriptus initialem exhibet calamo ornatam. Ff. 6ᵛ-8 vacua sunt. Tegumenti opercula membrana ornamentis aureis decorata saec. XVI contecta sunt.

743. An. 1472 (cf. f. 26ᵛ), membran., mm. 190 × 130, ff. I. 29.

Antonii Rustici de Florentia. 1 (f. 3) *panagirycon* (!) (in quatuor capita divisum) divi Federici C⟨omitis⟩ M⟨ontis⟩ F⟨eltrii⟩ atque Urbini ⟨lingua italica ternario metro⟩. Cap. I inc. *Desidero leggiadro amor me exalta.* Cap. IV des. *Chenuer ti mectera nella sua insegna;* praeit (f. 1) auctoris dedicatio seu praefatio, quae inc. *Cosa necessaria mi pare che in qualunque exercitio luhuomo o manualmente* ac des. *tale sceptro fussi con diligentia somma posseduto.* 2 (f. 23). Oratio virginis supernae (ducis Vrbini nomine, ternario metro). Inc. *Alma Regina in cielo ornata et donna.* Des. *Che d Urbino sono il comte che dico Ave.* 3 (f. 26). ⟨Ad eandem cantiuncula, vulgo *sonetto*⟩: *Mai riuolto Madonna e mie pensieri - et fa per tua dolcezza uolta francha.* 4 (f. 26ᵛ). ⟨Conclusio per cantionem, *sonetto*, expressa⟩: *Giunto al porto amoroso il mio labore - chome la lingua mia di dir non satia.* Clauditur subscriptione: *Opera edita per me Antonium Rustichum de Florentia. Die XXª iulij. MCCCÇLXXII.*

Codex, qui convenit n. 618 antiqui indicis urbin., titulos praefert rubros, initiales aureas maximas lineis coloribusque ornatas. Folii 3 tres margines coloribus surculisque decorati sunt, in parte inferiore duo cupidines aligeri sustinent coronam lauream cum tessera gentilicia urbinate una aquila praedita. In initiali folii 3 puer corporis partem inferiorem leoninam exhibens, catena irretitus, sinistra florum vas sustinet. Codicem descripsit Zannoni, *Rendiconti d. r. Accad. d. Lincei*, III, Roma 1895, p. 237, n. 2. Ff. I. 27-29 vacua.

Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XIX.

744. An. 1543 (cf. f. 2ᵛ), membran., mm. 187 × 125, ff. II. 68.

Venturelli Hieronymi forosemproniensis panegyrici, libelli I-III (versibus hexametris) in laudem Francisci Mariae ⟨I⟩ Feltrii a Ruere, Urbini, Sorae.... Panegyris I (f. 3) inc. *Quas mihi, dum lęto praelusi carmine, vires,* des. *Sic uatem iuuet ille furor, sic entheus ardor;* (f. 22) panegyris II inc. *Magnorum portenta*

uirum praenuncia semper, des. *Hunc finem statuere Patri sic fata laborum;* (f. 45) panegyris III inc. *Diximus egregie bello, quae gesserat olim,* des. *Partus honos certo quo tandem fine quiescunt;* praeeunt [1] (f. 1) titulus amplus litteris aureis: *Panegyrici libelli tres in Francisci Mariae Feltrii... obitum ac gesta praeclarissima ad diuum Guidobaldum filium principem illustrissimum et rarissimum Hieronymo Venturello Forosemproniensi authore tunc annum agente Octavum decimum nunc iuris et legum studioso;* [2] (f. 1ᵛ) epist. dedicationis: *Illustrissimo Vrbini duci Guidobaldo Feltrio a Ruere domino suo singularissimo Hieronymus Venturellus Forosemproniensis clientulus humilis felicitatem,* quae inc. *Et Artaxerxi (ut ab historicis accepimus) aquam a rustico, quam manibus hauserat, oblatam, gratam fuisse quis ignorat?* des. *ascribendum censeas princeps augustissime. Forisempronii X Kal. Ian. M.D.XLIII.*

Codex eleganti manu scriptus titulos praefert aureos, initiales pariter aureas venuste coloribus ornatas. Folii 1ᵛ tres margines eadem eleganti manu italica flosculis, capitibus, arborumque ramis ornati sunt, in marg. inf. duae puellae alis papilionaribus praeditae et in papiliones desinentes sustinent scutum vacuum, super imposita corona aurea, fortasse ad excipiendam tesseram gentiliciam Guidobaldi II, Vrbini ducis. Ff. I. II, 67ᵛ. 68 vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

745 (olim 227, cf. f. Iᵛ). Saec. XV, membran., mm. 187 × 124, ff. II. 22.

1 (f. 4). ⟨Diversorum auctorum priapeia cum lemmatis et glossulis⟩ (Baehrens, Poetae lat. min., Lipsiae 1879, 1, p. 58-87); praeeunt [1] (f. 1) Ludovici Mariscotti senensis epistola donationis huius voluminis Odantonio illustrissimo principi, duci Urbini et comiti Montisferetri et Durantis, quae inc. *Cum Perillus, quo familiarissime Alexander macedo utebatur, ab eo ut filias collocaret dotem poposcisset* ac des. *si quid mihi unquam imperabis erit gratum mihi ac iocundum. Vale foeliciter;* infra inscriptio: *Ad Od. An. Il. prin;* [2] (f. 3ᵛ) ⟨hexastichon contra affirmantes Vergilium esse auctorem priapeiorum⟩: *Si quis Virgilium putat hunc scripsisse libellum - carmine notus eat;* [3] (ibid.) hexametri 1-4, qui inscribuntur *responsio his uersibus: Fama per extremos subita cum uoce Priapum - nunc studiosa iuuentus.* 2 (f. 19). Priapus adloquitur romanos ⟨hexametri 1-74⟩. Inc. *Queritis obsceni cur numina cassa Priapi - Si moriens uestra discessi ex urbe Priapus.* Infra subscriptio litt. rubris: *Angelus Ghini. F. senensis* (quem probabiliter scribam codicis existimes).

Codex, qui notatur n. 641 in antiquo indice urbin., titulos praefert rubros, initiales maiores aureas, maximas pariter aureas coloribus ornatas. In f. 4 ante textum tabella rudi manu italica surculis coloribusque decorata, in qua duo cupidines aligeri sustinent tesseram gentiliciam urbinatensem, quatuor aquilis praeditam; infra litterae aureae: O⟨ddo⟩

A⟨ntonius⟩. In margine inferiore aquila nigra expansis alis in arvo aureo. Ff. I. II 21ᵛ. 22 vacua sunt. F. I palimpsextum, in eius parte aversa alia manu: *Ludouicus Mariscottus epistola* et infra: *Angeli Lapi*, linea obducta expuncti. In f. IIᵛ: *Ludouici Marescotti carmina* (postea haec calami ductu expuncta) *epistola dedicatoria ad Priapeia*.

746. Saec. XII, membran., mm. 165 × 107, ff. 39.

1. **Macri ⟨Floridi seu Aemilii⟩** de virtutibus herbarum liber. Inc. *De Artemisia: Herbarum uarias dicturus carmine uires.* Des. *de Aloe: Sic apta solutio fiet;* praeeunt capita 1-65 et 14; desunt ergo plura, quae insunt in edd. et nonnulla capita abundant, quae in illis non inveniuntur, edd. vide apud Graesse, *Trésor* etc.). 2 (f. 36ᵛ). De saporibus. Inc. *Quicquid linguam sap* (!) (lingua sapit), *quid gustum mulceret* (!) (promulcet) *et angit.* Des. *Ponticus incrossat, densat, desiccat et artat.* 3 (f. 37ᵛ). Scholium de saporibus: *Omnium medicinarum, ciborum, potionum complexiones possunt sciri per saporem...*

Codex titulos praefert rubros, initiales maiores rubras, initiales maximas minio et atramento pictas. In f. 38 calamo delineata tessera gentilicia quaedam inter coronam lauream et surculos. In f. 39 nonnulla duabus manibus saec. XV: *M458 a di XVIIII de maio. Io Iannisancto cartaro aio uennuto lo presente libro Mocrone dell'erbe* (?) *a misser Antoni rettore de sancta maria de iamira* (?) *per sei carlini ppal., presente Archipresbitero Andrea ecclesiae Stabiensis et Magistro Phylippo de Musciaronibus. die XVIIII Mai 1458.* Ff. 38ᵛ et 39ᵛ vacua sunt.

In tegumenti dorso tessera gentilicia Pii IX Pont. Max.

747. Saec. XV, membran., mm. 177 × 112, ff. I. 26.

Nicodemi Folengi mantuani musarum cultoris elegiarum liber ad illm̃um excellentissimumque Federicum Urbini ducem, Feretri ac Durantis comitem, sanctae romanae ecclesiae gonfalonerium ac Regis capitaneum. 1 (f. 1) inc. *Quinque Cytheriaco princeps sine numine libros - Quando tuas nundum* (!) *iussit Apollo tubas.* 2 (f. 2). Ibi ostendit quomodo in nataliciis divi Io: Bapt., inter sponsae nuptias, Serenae amore captus est. Inc. *Festa dies aderat, medio qua frondibus ęstu - Sterne animos, pompę ne quid abesse queat.* 3 (f. 3ᵛ). Ad Carolum Strozzam de usu, qui commodius securiusque habetur cum nuptis, quam cum virginibus. Inc. *Quod nuptę imperium subeo reprehendis amores - Me lassum foveat margine nupta uolo.* 4 (f. 5ᵛ). Serenam Palladi comparat laudans illius formam et primo dubitans necne dea ipsa sit. Inc. *Fallor? an e summo Dictei uertice Cretam - Felices, o me quem tuus urit amor.* 5 (f. 7). In Brotheum, qui Serenam nolentem insectabatur: *Quid circumuolitas mea, uane, rosaria, Brotheu? - Linque fores, non hic rusticus errat amor.* 6 (f. 8ᵛ). Ad divum Federicum Urbini ducem: *Munera Pieridum sunt hęc Federice, disertis - Sęcula, Nestoreum cumque uigore Siphax.* 7 (f. 14). Ad lascivum lectorem:

Perlege, quid dubitas mollis procedere lector? - Disce, sit et nobis dextra Serena roga. 8 (f. 15). Queritur in servum, qui Serenam adulterio incusaverat: *Detulit insontem dominam mihi servus et ante - Protinus, atque oculos parce subire graues.* 9 (f. 17). Ostendit se cum ab amore discedere vellet magis captum esse: *Mens erat ardentes extinguere pectoris ignes - Fige, nec Hermeti iunctior ortus amet.* 10 (f. 17ᵛ). Ad Serenam: *Dic rosa, dic flos mi quid agis? quę uexat in horas - Bellerephontis ego corda pudica sequor.* 11 (f. 19). In Cupidinem, veniam in se et vindictam in Serenam somno advenienti captam exposcens: *Iusserat hesterna me luce Serena maritus - Omne in me precium malo Cupido ruat.* 12 (f. 20ᵛ). Queritur in deos quod in frondem oleae mutari non possit, qua Serena plurimum delectabatur, cum illa esset irata: *Dii procul immemores penitusque cremantibus aris - Arboris, aut mites pone superba comas.* 13 (f. 22ᵛ). In adventum Columbini Veronensis praeceptoris sui: *Unde lyrę et cantus? unde haec conuiuia Cirrhę - Roma, Columbino Mantua nanque uacat.* 14 (f. 24). Serenam alloquitur... *Esse quid hoc dicam? quod tam speciosa uideris - Cępisti, sic me nunc quoque uirgo iuua.* 15 (f. 26). Versus et librum dimittit Serena aegrotante: *Aegra Serena iacet, procul hinc solatia, risus - Dux refoue, ut reliquum mox quoque surgat opus.* Τέλος.

Codex, qui convenit n. 636 antiqui indicis urbin., litteras initiales maiores, praeter primam auream, caeruleas ac rubras alternas praefert. In f. 1 libri frons auro et coloribus picta; in parte inferiore picta est perita manu italica regio quaedam campestris, in qua puella sedet ad arborum umbras et manus supponit ad colligendam aquilam nigram e caelo decidentem, sagitta aurea a Cupidine sauciatam.

Tegumenti opercula simplici membrana contecta sunt saec. XIX.

748. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 190×123, ff. 43.

Sermones et carmina.

1 (f. 2). Descriptio sive oratio de passione Domini. Inc. *Hisce sanctioribus diebus uideo uos, auditores, non sine acerbissimo animi sensu.* Des. *inflixus animo intercludit dolor et dicendi finem facit.* 2 (f. 8). De Christi Domini passione, poema (hexametri 1-250): *Bella cruentati multos crepitantia Martis - Hoc sat erit musę uestrum cecinisse poetam.* 3 (f. 14). De spinea Christi corona (hexametri 1-156): *Ah capiti precor immerito spina horrida parce - Ipsa nec Hybla tuas florida uincet opes.* 4 (f. 17). De Christo Domino flagris appetito, elegia: *Siste quid inocuos repetitis ictibus artus - Quae fuerat natis uirga parata ferit.* 5 (f. 22). De Purificatione Beatae M. V., oratio, inc. *Si quis forte uestrum antea miratus est,* des. *ad eius quam proxime accedamus imitationem. Dixi.* 6 (f. 28). De Sanctis Innocentibus, poema (hexa-

metri 1-171): *Impius, infidus, crudelis, perfidus, audax - Et perituris tu nunquam cruciabere flammis.* 7 (f. 32). De obitu S. Francisci Xaverii (elegia): *Orbis in extremis moritur Franciscus arenis - Efussa ceptum luce referre diem.* 8 (f. 36) Descriptio veris, iambus purus (iambi 1-71). Inc. ac des. eodem iambo: *Ab urbe rura uos uocant ad otium.* 9 (f. 38). Descriptio rosae, iambus purus (iambi 1-22): *Rubentibus resurgit alma purpura - Amica pandit ostiique limina.* 10 (f. 40). Responsio sive hortatio ad discipulos. Inc. *Qui bellum aggreditur temerario sepius impellitur consilio.* Des. *que erant facturi relinquerunt* (!) Accedit (f. 42) hexastichon in Hectorem: *Quis tibi praeclaros poterit dare laudis honores - nomen ad astra uolant.*

In f. 1 calamo delineatum florum vas. Ff. 1ᵛ, 7, 12ᵛ, 17ᵛ, 21, 27, 31ᵛ, 35, 38ᵛ, 39, 42, 43 vacua.
Contectus simplici membrana saec. XVI-XVII.

749. Saec. XVII, chart., mm. 261 × 188, ff. 374 (+ ff. 116ª omisso).

Codex, in indice urb. antiquo n. 427 distinctus, titulos praefert tum aureos, tum caeruleos, tum rubros. Initiales maiores caeruleae ac rubrae alternae, initiales maximae aureae coloribus decoratae sunt. In f. 1ᵛ circulus e corona laurea efformatus cum stellulis ac taeniis, in quo titulus operis. Foliorum 2 et 42 tres margines surculis, auro, coloribus et folia nonnulla etiam figuris decorata sunt. In folii 2 margine inferiore tessera gentilicia Urbinas, tribus aquilis praedita, cum litteris C⟨omes⟩ F⟨ridericus⟩. In margine inferiore autem f. 42 spatium vacuum relictum est ad excipiendam tesseram gentiliciam. Ff. 1, 39-41 vacua sunt.

Tegumentum ubi in cod. superiore.

882. An. 1460 (cf. f. 154ᵛ). Membran., mm. 240 × 156, ff. II. 156.

1. **C. Iulii Caesaris**, commentarii cum **A. Hirtii** aliorumque supplementis; in fine adduntur post verba « *quorum laudibus et uirtute* » *totus in orbe terrarum mundus exultat;* sequuntur [1] (f. 154ᵛ) Ciceronis testimonium de historia e lib. I de oratore; [2] (ibid.) regiones et provinciae Europae - Asiae - Africae: *Munia - Baleares insule.*

I (f. 155ʳ). Caesaris epistulae ad Ciceronem fragmentum, a vv.: *Recte auguraris* usque ad vv. *et illos sui;* (ed. Dinter, Lipsiae 1890, p. 142); [2] (ibid.) eiusdem epist. I Oppio Cornelio (l. cit., p. 144-145, lin. 21).

II (ibid.). ⟨Pseudo⟩ **Plutarchi** epist. ad Traianum imp.; (cf. Fabricius-Harles, Biblioth. gr., Hamburgi 1796, 5, p. 192).

III (f. 156). Excerpta e Tito Livio, colloquium Scipionis Africani cum Hannibale, mors Affricani, mors Hannibalis, de origine bachanalium sacrorum, (titulus tantum); sed titulo subicitur epistola **Philippi** regis Aristoteli: *Filium mihi - susceptione;* (cf. Hercher, epistolographi graeci, Parisiis 1873, p. 466, n. VII).

Codicem fortasse exscripsit *Henricus, 1460, 3º augusti,* ut erui posse videtur ex eius subscriptione in f. 154ᵛ. Tituli maiusculis rubris, initiales maximae aureae coloribus ornatae sunt. Folii 1 margines ornati sunt auro ac floribus, in marg. inferiore tessera gentilicia abrasa. In f. 1 calami probatio; in f. II possessoris manu: *Codex Francisci Parmensis.* Ff. Iʳ, IIᵛ, 156ᵛ vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti, card. bibliothecarii.

883. Saec. XV, membran., mm. 216 × 136, ff. 33.

F. 7. **Petri Acciaioli**, Ariminensis descripta pugna. (Zannoni in *Rendiconti d. r. Accademia d. Lincei,* Roma 1896, 5, p. 213-220).

Codex, in indice urb. antiquo n. 420 signatus, titulos praefert aureos, initiales maximas duas aureas floribus ornatas. In f. 1ᵛ circuli tres floribus et auro ornati, maior in quo satis perita manu italica pictus dux Fridericus qui equo insidens procedit trium-

phator; sursum hinc inde duo circuli minores, in altero duarum furiarum capita ac bellator pedester, in altero bellator e summa arce prospiciens, in umbris campi. Folii 2 margines decorati sunt floribus, avibus, capreolis, puerulis aligeris ac tessera gentilicia Fridericiana sine aquilis ab aquila nigra sustentata. Folii 7 tres margines auro, floribus, avibus ac puerulo aligero pariter ornati sunt. Ff. 1r, 6v, 33v vacua. Codicem descripsit Zannoni (l. cit., p. 213 in nota).

Contectus recenter pergamena alba.

884. Saec. XV, chart., mm. 201 × 145, ff. III. 11.

Hieronymi Sanctutii (Santucci), *Urbinatis, narratio intentatae aggressionis contra nonnulla oppida* (Frontino et Torricella; et contra agros Sanctaguntae, Caticaeti, Fontiscorgnalis, Ripae, Collisburduli, Plandelmontis, Cotogni, Sanctidonati, Plebiscanum Montiscopioli) *et arces Federici Montefeltrii, Vrbinatis principis, a cohortibus Sigismundi de Malatestis, Ariminensium principis, anno Domini 1451.* Inc. *Magnificus Vrbinatum princeps Federicus.* Des. *ex sui animi tranquilitate concessit*; praeit auctoris dedicatio: *Magnifico domino Octaviano de Vbaldinis*, quae inc. *Adducuntur non nulli, magnifice domine, suorum principum res gestas*, ac des. *aut parua eruditione litterarum emendare.*

Codex videtur autographus e multis lituris et emendationibus; fortasse fuit O. Ubaldini. Ff. I, IIv, III, 7-11 vacua sunt.

Contectus saec. XVI-XVII pergamena castanei coloris.

885 (olim 695, cfr. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 224 × 134, ff. 246.

1 (f. 1). **Aeneae Sylvii Piccolomini (Pii II)**, Europa, in qua sui temporis varias historias complectitur. Inc. *Que sub Friderico tercio eius nominis imperatore.* Des. *rerum moderator et arbiter esse uidetur.* (Opera, Basileae 1551, p. 387-471); praeit auctoris dedicatio Antonio (Cerdano seu de la Cerda) card. Hilerdensi, quae inc. *Podagrantem me nuper* ac des. *Ex vrbe Roma, IV kal. apr., 1458.* (Freher, Germanicarum rerum scriptores, Francofurti 1624, 2, p. 37).

2 (f. 244, manu coaeva). **Baptistae Franco**, Genuensis, epistola *Octaviano de Vbaldinis* (de nonnullis rebus ab Aenea Sylvio in sua Europa contra Genuenses falso traditis). Inc. *Magnifice ac excelse domine, domine mi singularis. Nihil optatius mihi potuisset accidere, quam ut Pii pont. m. legendi hystoriam facultas daretur.* Des. *princeps mundi clementissimus prosequatur. Pisauri, V kal. decembris. MCCCCLXX.*

Fuit *codex Octaviani Vbaldini*, uti nota in f. chart. viridis coloris codici praemisso nos monet; littera rotunda scriptus initialem maximam auream coloribus, floribus et paone decoratam exhibet.

Tegumentum codicis aequale e corio castaneo cum ornamentis aureis impressis in paginis; dorsum tamen posterius (fortasse saec. XVII vel XVIII) refectum est.

886. Saec. XV-XVI, chart., mm. 205 × 145, ff. III. 108 manuscriptis sed a f. 110 ad 160 praelo impressis.

1 (f. 1). De vita et moribus philosophorum veterum et virorum illustrium. (Vitae sunt 1-135 in compendium redactae e diversis auctoribus). Prima inc. *Tales philosophus Asianus, ut ait Laertius de vita philosophorum, patre Eximio et matre Eleobolina.* Ultima vita: *Horrosius historiographus et Augustini discipulus... Idem scripsit apologeticum contra heresim pelagiam.*

2. **Ciceronis**, epistolae aliquot; [1] (f. 79) lib. XVI, epist. 17, [2] (ibid.) 6, [3] (ibid.) 12, [4] (f. 80) 4, [5] (f. 80^{v}) 3, [6] (f. 81) 2, [7] (ibid.) lib. XIV, 24, [8] (ibid.) 23, [9] (ibid.) 22, [10] (ibid.) 19, [11] (f. 81^{v}) 20, [12] (ibid.) 18, [13] (ibid.) 16, [14] (ibid.) 14, [15] (f. 82) 12, [16] (ibid.) 11, [17] (ibid.) 10, [18] (f. 82^{v}) 9, [19] (ibid.) 8, [20] (ibid.) 7, [21] (f. 83) 5, [22] (ibid.) 1, [23] (ibid.) lib. XIII, 77, [24] (f. 84) 79, [25] (ibid.) 78, [26] (f. 84^{v}) 74, [27] (ibid.) 75, [28] (ibid.) lib. XI, 26, [29] (f. 85) 16, [30] (ibid.) 1, [31] (f. 86) 2, [32] (ibid.) 3, [33] (f. 86^{v}) IX, 11, [34] (f. 87) 10, [35] (ibid.) lib. VII, 27, [36] (f. 87^{v}) 28, [37] (ibid.) lib. XVI, 1.

3. **Leonardi** <**Bruni**>, Aretini, epistolae I-II, [1] (f. 88) Bartholomaeo: *Binis tuis disertissimis litteris cogor - accurate rescribam. Ex Florentia, 4° idus sextilis,* [2] (ibid.) epist. 8, libri V. (Mehus, Leonardi Bruni Aretini epistolarum libri VIII, Florentiae 1741, parte II, p. 33).

4 (f. 88^{v}). **Ciceronis** epistola, lib. V, 11.

5. **Plinii** epistolae, [1] (f. 89) libri I epist. 4, [2] (ibid.) I, 11, [3] (f. 89^{v}) I, 6, [4] (ibid.) V, 2, [5] (ibid.) IV, 48, [6] (f. 90) IV, 16.

6 (f. 90^{v}). **S. Bernardi** epist. *Raimundo castri Ambrosij.* (M. P. Lat. 182, 647-649, B, 1, quia epist. est imperfecta).

7 (f. 95^{v}). <Fabulae Aesopianae 1-33, Laurentio Valla interprete>. Prima inc. *Vulpes et caper* - ultima des. *nobiscum perpetuo permanet;* praeit epistola dedicationis Arnaldo Fonolleda (in ms. *Folloneda*), quae inc. *Promiseram nuper* ac des. *Ex Vrbe Gayeta, kal. may. MCCCC° trigesimo ottauo;* (de edd. cf. Mancini, *Vita di Lorenzo Valla,* Firenze, 1891, p. 130; cf. Keidel, *A Manual of Aesopic fable literature, Baltimore* 1896); subnectuntur (f. 107): *Notanda in fabulis* (seu sententiae e fabulis desumptae), quae incipiunt: *Vir prudens debet* ac des. *non potest nobiscum perpetuo permanere.*

8 (f. 110). **Aesopi** fabulae per Remicium Aretinum versae. (Impressum Parmae opera et impensis Andreae Portiliae. An. 1482, 17 kal. apr.).

Ff. 1-76 scripsit *Evangelista Cato, Urbinas, an. 1497,* cf. f. 1; codicem possedit familia Ff. I^{v}, 76^{v}-78, 91-94, 109, vacua.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada, card. bibliothecarii.

887. Saec. XV, membran., mm. 211×141, ff. 134.

⟨Iulii Valerii⟩ (in ms. *Alexandri Macedonum regis domitoris orbis vita, mores et res gestae;* (epitome). Inc. *Sapientissimi quippe Aegiptii scientes mensuram terrae undasque maris.* Des. *Duodecima A., quae dicitur Egiptum;* (cf. Kuebler, Iuli Valeri Alexandri Polemi res gestae, Lipsiae 1888).

Codex, in indice urbin. antiquo n. 369 signatus, litteras maiores exhibet tum caeruleas tum rubras, primam initialem auro et coloribus ornatam. In f. 1v circulus corona laurea efformatus, floribus globulisque aureis decoratus, in medio circulo manu ferrariensi (?) pictus Alexander Magnus sedens militaribus vestibus et armis praeditus. Folii 2 quatuor margines decorati sunt surculis in umbra caerulea et gemma in summo margine. In imo margine loco fortasse tesserae gentiliciae possessoris anterioris abscissae adglutinatum est frustulum pergamenaceum, in quo tessera gentilicia urbinas quatuor aquilis praedita.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada, card. bibliothecarii.

888. An. 1579 (cf. f. 7), chart., mm. 218×159, ff. I. 206; (+ f. 18a a librariis omisso).

F. 19. **Gallo Giovanni,** *giureconsulto di città de Castello, vita del sig.* F e d e r i c o *da* M o n t e F e l t r o, *dedicata a* F r a n c e s c o M a r i a ⟨II⟩ F e l t r i o *della* R o v e r e, *duca di Vrbino e duca di Sora.* Inc. *Hauendo io già molti anni sono, illmo et eccmo signor mio, descritta la vita del signor Federico* (multa ibi de progenie Feretrana usque ad Franciscum Mariam I Urbini ducem). Des. *e per comodo particolare di v. eccellenza, alla quale con ogni humiltà e riuerenza bascio le mani;* praeeunt [1] (f. I) ⟨de t e s s e r a g e n t i l i c i a F r a n c i s c i M a r i a e II, heptastichon⟩, quod inc. *Inclyta Parthenopes Aragonia signa coruscent.* ac des. *Floreat imperium et pace uigente tuum;* [2] (f. 3) auctoris epist. dedicationis, quae inc. *Hauendo altre uolte ditto a v. eccellenza illma, che io aueuo fatta qualche faticha intorno alla uita del duca Federico* ac des. *perpetua felicità. Dalla città di Castello. Il dì 10 di marzo, 1579... Giovanni Gallo Galli;* [3] (f. 8) *p r o h e m i o al lettore: Non uorrei, nobile e generoso lettor mio, che alcuno gentil spirto – bene purgato è securo da ogni turbatione;* sequitur (f. 189) *tauola di tutta l'opera per alfabeto...,* quae inc. *Attioni del signor duca Francesco Maria* ⟨I⟩ *honorato da Carlo V imperatore a Napoli, a carte 162,* ac des. *Vittoria Farnese illma et eccellentissima duchessa e madama d'Vrbino. 47.*

Codex est autographus, ut auctor declarat in f. 3v. Folium I exhibet tesseram gentiliciam Francisci Mariae II auro et coloribus decoratam. Ff. 1, 2v, 7v, 18a, 206 vacua sunt; foliorum scriptura maxima ex parte atramento corrosa.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Ioan. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

889. Saec. XVI, (seu post annum 1559, cf. f. 93^v), chart., mm. 237×154, ff. 93.

Cronica de li serenissimi principi Veneti (ducum), *fino a l'anno MDLVIIII.* Inc. *Paulutio Anafesto al presente ditto. Falier... nella ditta città de Eradiana, ditta città nuoua.* Ultimus dux: *Hieronimo Priuli, fratello del ditto ser Lorenzo... mési 2, zorni 4;* singulis ducibus praemittuntur propria stemmata coloribus illita; sequitur (f. 93) *li nomi delli cancellieri grandi, che sono stati fino al presente giorno: 1268, Ser Corado Ducato, qual stette anni* (desunt anni). - *1559, Zua*⟨n⟩ *Francesco Ottobon.*

Codex exhibet litteras initiales caeruleas, nomina ducum ac notas numerales rubra. Vix parva pars foliorum scripta est.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada, card. bibliothecarii.

890 (olim 741, cf. f. 2), saec. XV, membran., mm. 253×167 ff. II. 88.

Varia de vita et moribus s. Hieronymi.

1 (f. 2). *Transitus beati Hieronymi presbiteri.* Inc. *Ieronimus, Eusebii uiri nobilis filius, ab opido Stridonis, quod Dalmatie et Pannonie confinia.* Des. *Unde ex omnibus supradictis ad laudem gloriosi Ieronimi his uerbis concludere libet* ⟨sapphicon⟩: *Ecce qui Christi decorauit aulam* (post novem strophas) des. *eque unus et uerus Deus atque trinus / omne per euum.* (In bibliothecae Mazarina n. 577, sapphicon hoc tribuitur oratori Magno; cf. Chevalier, Repertorium Hymnologicum, n. 5176; num idem consarcinator superioris vitae, quae ceterum magna ex parte convenit cum edita apud. M. 22, 235-238, eademque Eusebio Cremonensi tribuitur?). **2** (f. 9). ⟨Translatio corporis s. Hieronymi⟩ (in ms. *quomodo transitum fuit romam corpus eius*). Inc. *Post mortem gloriosi Iheronimi.* Des. *et deuotissime laudauit;* (excerpta videntur e translationis narratione, quam habes apud M. l. cit., coll. 237-240). **3** (f. 9^v). *Epitaphium beati Iheronimi;* (ed. Vattasso et Franchi. Codices vatic. lat., Romae 1902, 1, p. 296). **4** (ibid.). **Eusebius** de morte Hieronymi ad Damasum. (M. 22, 239-282). **5** (f. 59). ⟨**Pseudo-Augustini,** de magnificentiis beati Hieronymi⟩. (M., l. cit., 281-289). **6** (f. 68^v). ⟨**Pseudo-Cyrilli,** de miraculis Hieronymi⟩. (M. l. cit., 289-325, lin. 7, desinit enim imperfecte vv. *a populo reliquiae sanctissimae viderentur*).

Codex, in indice urbin. antiquo signatus n. 34, titulos praefert rubros, initiales maiores caeruleas, maximas aureas coloribus ornatas. In f. 1^v circulus aureus corona laurea et floribus ornatus, in medio circulo titulus codicis. Folii 2 tres margines ornati sunt auro, floribus, bestiis, avibus, puerulis, angelis, nec non prophetae, s. Hieronymi orantis, senatoris rom. (fortasse Eusebii) imaginibus clypeatis. In parte inferiore aquila deaurata, coronato capite, ungulis sustentat tesseram gentiliciam duabus aquilis praeditam cum litt. C⟨omes⟩ F⟨ridericus⟩. Ff. I-1^r, 87^v-88 vacua. In f. 87 monogramma librarii. *L. I.* (?).

In tegumenti dorso insignia gentilicia Alexandri VIII et Fr. Brancati de Lauria, card. bibliothecarii.

891 (olim 664, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 246×170, ff. III. 175.

Q. Curtii Rufi historiarum Alexandri magni Macedonis libri, qui supersunt.

Codex, qui fortasse convenit n. 368 antiqui indicis urbin., litteras initiales maximas exhibet aureas coloribus ornatas; titulus autem in f. 1 litteris rubris scriptus est. Folii 1 tres margines ornati sunt surculis et coloribus; in parte inferiore circulus cum corona laurea ac tessera gentilicia urbinate, una aquila praedita. Ff. I-III, 173v fere totum et 174, 175 vacua sunt.

Tegumenti insignia uti in cod. superiore.

892. Saec. XIV, membran., mm. 252×188 ff. 51.

⟨**Iulii Valerii,** rerum gestarum Alexandri Macedonis epitome⟩. Inc. ac des. uti in cod. 887, quem confer.

I (f. 51). *1439. Verba Armenorum ad papam Eugenium* ⟨IV⟩ *in prima visitacione publicha.* Inc. *Christi sedem tenes. Christi vicarius es.* Des. *Via tantum retinuit nos et ideo tardauimus.*

Codex binis columnis exaratus initiales maiores exhibet caeruleas ac rubras alternas lineis ornatas. Folii 1 tres margines decorati sunt surculis, coloribus, duabus avibus. In prima initiali doctoris media imago sinistra instrumentum sustentat, dextera alloquitur.

Contectus pergamena alba saec. XVI.

893. Saec. XV, membran., mm. 230×157, ff. 79.

Dictys Cretensis ephemeridos belli troiani libri I-VI. (Ed. Meister, Lipsiae 1872, p. 2-113).

Codex librorum titulos pracfert rubros, sed secundo et sexto nullus titulus praemittitur, initiales maiores caeruleas, initiales maximas aureas lineis coloribusque decoratas. Folii 1 tres margines surculis, auro coloribusque ornati sunt; in parte inferiore tessera gentilicia Fridericiana quatuor aquilis praedita.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada, card. bibliothecarii.

894. Saec. XVI, chart., mm. 230×171, ff. VI. 321.

F. 10. **Bernardi de Sclot,** ⟨seu potius, uti lego, *Denclot,* f. 10, *Chronicas o conquesta de Catalunya,* seu alias, *De les histories de alguns Conmtes de Barcelona, y Reis de Aragó*⟩ (ab an. 1127-1285, dialecto Limosina seu Lemovicensi). Inc. *A ci comenca lo libro quen Bn̄ dn̄ Clot dicta se scrich dels grans batalles e dels grans fets darmes.* Des. *ne comptar lo dol e el desconfort que romas en la terra. Deo Gratias. Finito libro sit laus gloriaque Christo: Amen;* praeeit (f. 1-8) capitum index: *Primeramente de la materia del libre: Come lo*

comte de barcelo exella en gran de moncada. Ultimum: *En qual manera lo Rey... morì e del dol e del plor que fo fet por ell.* (Raphael Cervera barcinonensis in elegantem sermonem castellanum vertit et Barcinone edidit apud Sebastianum de Cormellas, anno 1616, uti nos monet Antonio, Bibliotheca hispana vetus, Matriti, 1787, 2, p. 93).

Littera currenti extra Italiam scriptus videtur codex. Ff. I-VI, 9, 315-321 vacua sunt.

Contectus membrana saec. XVI-XVII.

895. Saec. XVII, chart., mm. 223 × 163, ff. V. 111.

Rupellae (la Rochelle) Santonum obsidionis atque deditionis commentarii, anno Christi Domini 1573, eiusdemque topographia (charta topographica). Inc. *Rupella Xantonum oppidum ad oceanum in patenti planitie sita est.* Des. *maxima omnium gratulatione Lutetiam ingressus est.*

Charta topographica territorii Rupellae coloribus picta est. Ff. I, II, III^{v}-V, 106-111 vacua sunt.

Codex contectus pergamena alba saec. XVII.

896 (olim 723, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVII, chart., mm. 260 × 194, ff. I. 341.

⟨Historia ducum Venetorum ab anno 682 ad an. 1358⟩ (in ms. *Chronica di Venetia*). Cap. 1. *Questi è li Dosi che tinne la sede dogal in Erachiana, zoè in citade nuoua,* inc. *Pauluzo dose uniuersalmente dalli nobeli e grandi et apresso da tutto el puouolo fo in la citade.* Cap. ult.: *pasà di questa vita (Zan Dolfin) et in la glesia delli frati predicadori honoratamente et caritateuolmente lo fo sepelido.*

Ff. I^{v}. 339^{v}-341 vacua sunt.

Coopertus pergamena alba saec. XVII.

897. Saec. XVII, chart., mm. 270 × 201, ff. I, 133.

1 (f. 1). **Zunica (de) Francis** *noble y esforzado cavallero, criado e muy privado vien quisto pedricador* (!) *y historiador del emperador rey nostro senor, dirigida a su cesaria magestad* (seu chronica de Carolo V ab an. 1514-1527). Inc. *En el año de nuestro señor Iesu Christo de 1514 años, estando el rey catolico don Fernando.* Des. *o a la condesa de alfaro;* praeit *prohemio: Necessario y cosa razonable es a los hombres vuscar manera de vivir - los seruicios y aun el dicho banbiri* (!); capita sunt 1-26; I: *como el muy alto y muy poderosso emperador vino en España despues de la muerte del catolico V rey don Fernando su abuelo;*

cap. 26: *De los macabeos, y de como el emperador mando adereçar para el nacimiento de su yjo, y las mayores fiestas y torneos, que nunca se breron;* (cf. alterum cod. urb. 902).

2 (f. 74). *Relatione fatta nel consiglio di guerra di s. maestà* (Philippi II) *et datole in scritto, alli 15 maggio 1579, sopra il modo, che la deve tenere per impadronirsi di Portogallo, se bisognarà adoprar l'armi.* Inc. *Essendo questo negotio di tant'importanza et di tanto momento.* Des. *et a quello della v. s. maestà cattolica.*

3 (f. 85). *Relatione di Spagna, cioè ordine della casa del re, consegli di Spagna, spese del re, vescovi et arcivescovi, legnaggi di Spagna, entrate delli signori titolati, l'anno 1606.* Inc. *Quasi tutti i prencipi così infedeli come christiani nel principio del loro regnare.* Des. *eccetto che per questi tre falli, di lesa maestà, di uitio nefando e di heresia.*

4 (f. 115). **Favella Sincero Vngaro,** *flagello, over discorso contro di un nemico della religiosa Hiberia... stampata l'anno MDCXXV.* Inc. *Nelle mani de più saui dell'età nostra.* Des. *e della potenza del gran Filippo IV;* praeeunt dedicatio et monitum ad lectorem.

Codex quatuor manibus scriptus est. Ff. I, 72^v, 73, 114, 115^v, 132^v, 133 vacua sunt. Simplici pergamena contectus saec. XVIII.

898. Saec. XV, chart., mm. 310 × 237, ff. I, 15.

⟨**Ioannis** et **Iuliani**, canonicorum Civitatensium, annales foroiulienses, ab an. 1252-1315 et ab anno 1317-1364⟩ (in ms. manu posteriore: *Chronica patriarcharum Aquilegiensium ab anno Domini 1252 usque ad 1364;* (de edd. cf. Potthast, Bibliotheca hist. medii aevi, Berlin 1896, p. 66).

Descripsit Bethmann in *Archiv. der Gesellschaft für ält. deutsche Geschichtkunde,* Hannover, 1872, p. 265. Ff. I, 13^v, 15^v vacua sunt.
Contectus pergamena saec. XVIII.

899 (olim 1094, cf. tegumenti dorsum et f. 1). An. 1480 (cf. f. 124^v), membran., mm. 206 × 137, ff. III. 126.

Nicolò d'Antonio *degli* **Agli,** *le admirande magnificentie et stupendissimi apparati delle felice nozze, caelebrate da illustre signor di Pesaro, Constantio Sforza, per madonna Cammilla sua sposa et neza della sacra maestà del re Ferdinando ....* (an. 1475). Inc. *Essendo la illustrissima madonna Cammilla de Aragonia, già uicina allo territorio di Pesaro.* Des. *His hymeneus adest laetissima turba deumque / Connubium foueant, deliciis faueant;* praeit cantiuncula vulgo *sonetto: Inclito excelso illustre et immortale. - Facti allora per Constantio et*

per Camilla; opus partim soluta partim ligata oratione, tum latine, tum italice concinnatum. Maioris momenti est oratio latina a Pandolpho Collenucio: *doue disputo del matrimonio: Laudo li sposi: casa di Ragonia* <d' Urbino> *et Sforzesca et li signori ambasciatori et la città;* oratio (f. 15ᵛ) inc. *Antequam de coniugio deque huius caelebritatis praestantia ac dignitate.* Des. *et nati natorum reges regumque nepotes.* (Vicenza, Levilapide 1475; cf. Hain, Repertorium Bibliogr. 12062; cf. etiam n. 1901 ubi tribuitur Atanagio, nec non Gamba, Venezia 1836; Tabarrini, Barbera, 1870).

Codex, uti habemus e subscriptione f. 124ᵛ: *Scripto di mano di Lionardo da Colle, seruitore desso illustrissimo signor meser Constantio, anni Domini MCCCLXXX,* titulis rubris et manu italica satis perita variis picturis decoratus est. — [1] (f. 7) Navis ornatissima et vexillis praedita, ferens sex tubicines et dominum navis in summa prora; [2] (f. 8ᵛ) currus varie ornatus cum inscriptione: *Triumphus pudicitiae;* in parte inferiore currus tessera gentilicia *C*<onstantii> *S*<forza>; [3] (f. 11) vini fons subiecto epigrammate: *Insolitas populo tellus nunc parturit undas / Vinaque celesti concita coniugio;* [4] (f. 54) solis imago radians; [5] (f. 56) *Castor* et *Pollux,* abundantiae cornua ferentes, in medio eorum candelabrum; [6] (f. 56ᵛ) *Hymeneus* facem deferens dextera, ante eum faces duae annulo colligatae podio insistunt; [7] (f. 59) *Erato* musa, lyram et arcum gerens, ad eius pedes cycnus cestum calcans podio et arbori innixum; [8] (f. 60ᵛ) *Perseo,* ante eum aquila coronato capite et expansis alis; [9] (f. 61ᵛ) *Iris,* ad eius dexteram pavo expansis alis; [10] (f. 64ᵛ) *Orpheo,* dextrorsum gryphus et pinus; [11] (f. 66) *Hebe,* ante eam olivae arbor cum scuto Minervae; [12] (f. 68) *Luna;* [13] (f. 69ᵛ) *Tatia,* seu virgo formosa vannum argenteum circulo aureo circumdatum gerens, ante eam vas, e quo surgunt flammae; [14] (f. 71) *Triton,* ante eum ancora ac delphinus naviculae innixa; [15] (f. 71ᵛ) *Licaste,* nympha cum arcu et pharetra, telum aureum dextera gerens, ante eam cervus accubans prope palmae ramum dactiliferum; [16] (f. 74) *Romulus* rex, habitu militari saec. XV indutus, ante eum cassis, cui pica apertis alis insistit; [17] (f. 76) *Arethusa,* seu nympha palustris, ante eam copiae cornu fructibus onustum ac spicis circumornatum; [18] (f. 77ᵛ) *Silenus,* ante eum lynx ac thyrsus erectus pampinis et uva circumdatus; [19] (f. 79ᵛ) *Influxo de Fortuna,* seu puella multicolorem vestem numis aureis ornatam induta dextera baculum, sinistra humero defert cupam plenam numis e saccharo confectis, in summa cupa anguis erecto capite; [20] (f. 84ᵛ) *Monte de Cortexiani,* mons arboribus et herbis consitus, leporibus, cervo, leone, vulpe discurrentibus; [21] (f. 85) homo silvestris clava armatus pugnans cum leone; [22] (f. 88) *Regina ebrea,* seu regina throno aureo sedens, sub umbraculo quatuor columnis sustentato et elephantis dorso incumbenti; [23] (f. 91) *Monte delli ebrei,* seu mons fere ut in f. 84ᵛ, in summo monte turris, in qua puerulus alis praeditus; e crypta ad radicem montis senex exiens (Booz); [24] (f. 97) sidera, idest *Luna* et *Mercurius;* [25] (f. 98ᵛ) *Venus* et *Sol;* [26] (f. 99) *Mars, Iuppiter;* [27] (f. 99ᵛ) *Saturnus,* singuli curribus sedentes; [28] (f. 106ᵛ) ductore aethiope camelo cistis duabus onerato bellariorum plenis puer aethiops insidens plenis manibus dulciaria spargit; [29] (f. 110ᵛ) *Mons Elicon* cum Apolline et novem musis, inter quas *Astronomia, Rettorica* et *Gramatica* statura maiores sunt; [30] (f. 112ᵛ) machina pyrotechnica vulgo *girandola,* fere ut sphaera armillaris duobus draconibus et tribus ventorum capitibus innixa, cui superimpositae sunt binae coronae flammas undique manantes; [31] (f. 114) *triumphus amoris,* idest currus magnus quadrangularis superimposito candelabro sexde-

cim angulis, cum flammis et puellulis faces ferentibus; in summo curru amor stans iaculo emisso ex arcu; [32] (f. 119) currus omnium splendidissimus varietate et coloribus, insignibus ac tessera gentilicia *C*⟨onstantiae⟩ *S*⟨forza⟩ decoratus; in summo curru puella tubam inflans cum inscriptione: *triumphus famae*. Ff. I, II, 125, 126 vacua sunt.

In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laurentii Brancati de Lauria, card. bibliothecarii.

900 (olim 618 et 16, cf. tegumenti paginam rectam). Saec. XVII, chart., mm. 196×139, ff. 62.

1. **Baldi Bernardino,** [1] (f. 3) *breve trattato dell' historia.* (Mai, Spicilegium Rom., I, p. XXVIII-XXXIX ex hoc codice). [2] (f. 18). ⟨Guicciardini Francisci narrationum de Francisco M.ª I, Vrbini duce, disquisitio⟩. Inc. *Tra i molti et molti che s'affaticano per giouare al mondo coi scritti loro grande obligatione auer si deue.* Des. *e così perseuerò senza uergogna in questa deliberatione;* (partem ed. Mai, l. cit., p. XL-XLIV ex hoc codice).

2. ⟨Inscriptiones Segusinae 1-3⟩; [1] (f. 57) inscriptio, quae in C. I. Lat. vol. 5, parte II, n. 7260; [2] (ibid.) n. 7246; [3] (f. 58) inscriptio, quae signatur n. 7817 a vv. *Imperator* usque ad vv. *redactae sunt.*

3 (f. 59). *Memoriale* ⟨nonnullorum locorum territorii Segusiani⟩. Inc. *Miolan è un castello alla montagna sopra il fiume Artforte.* Des. *In Susa è l'abatia di santo Giusto... Sonoci qualche uestigi di antichità... un arco trionfale... et le mura della torre.. tutta piena di finestre sopra al cordone.*

Quatuor opellae huius codicis quatuor manibus scriptae sunt. In primo opusculo praeter manum scribae conspicitur manus correctoris seu auctoris, in secundo et quarto corrector idem atque auctor. Ff. 1^{v}, 2^{v}, 17^{v}, 54^{v}, 55, 56, 57^{v}, 58^{v} vacua sunt.

Codex contectus pergamena alba saec. XVII.

901. An. 1587 (cf. f. 2^{v}), chart., mm. 200×135, ff. I. 100.

Baldi Bernardino, *abate di Guastalla, l'arciero, o vero del principe, dialogo.* Dialogi personae « *Archelao e Florimo* ». Inc. *A. Fronimo, come tu vedi, il sole è alto, il caldo è grande.* Des. *F. Ecco già se vengono. A. Andiamoci con Dio;* praeit (f. 2) epist. dedicationis *al serenissimo... Francesco Maria* (II) *Feltrio della Rovere, duca d'Urbino,* quae inc. *Difficile per aventura è l'arte del arciero* ac des. *Di Roma, a dì VII d'aprile, M.D.LXXXVII... Humilissimo e devotissimo vasallo et servitore l'abbate di Guastalla;* (editus, in *Versi* e *Prose,* uti colligo e Mazzucchelli, *Scrittori,* parte II, 1, p. 121, sed editionem videre non potui).

Littera currenti descriptus ff. I, 1^{v}, 99, 100 vacua exhibet.

Contectus pergamena alba cum ornamentis ex auro impressis saec. XVI-XVII.

902. Saec. XVI, chart., mm. 210 × 140, ff. I. 57.

Zunica de Francis (in ms. *de Cuñiga*), <chronica Caroli V, imp., ab anno 1514 ad 1527, lingua hispanica>. Inc. ac des. uti in cod. soperiore 897, hoc tamen apographum accuratius et anterius scriptum videtur.

Codex littera currenti extra Italiam scriptus videtur. Ff. I, 57 vacua sunt. Contectus pergamena alba saec. XVI.

903. Saec. XV-XVI, chart., mm. 203 × 167, ff. 36.

Monumenta Aquileiensia.

1 (f. 1). Chronica patriarcharum Aquileiensium ab initio ad annum 1301. Inc. *In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen. Post ipsius sacratissimam ascensionem.* Des. *Petrus patriarcha... Anno Domini MCCC primo.* (Muratori, rerum ital. scriptores, 16, col. 6-15, multis tamen variantibus). 2 (f. 12). <Continuatio eiusdem chronicae ab anno 1302 ad 1444>. Inc. *Ottobonus patriarcha sedit menses XIIII.* Des. *et residuum patriae serenissimo dominio Veneto remansit;* (fortasse e nostro codice ed. ibid., l. cit., col. 79-84). 3 (f. 21^{v}). <Lentuli epist. de Christi effigie>. (Dobschütz, *Christusbilder in Texte und Untersuchungen N. T.*, Leipzig 1899, 3, p. 319, litt. *C;* adduntur in fine vv.: *Hoc repertum fuit in annalibus Romae*). 4 (f. 22). <Pacta inter illustrissimum ducale dominium Venetorum et reverendissimum dominum Ludovicum, card. et patriarcham Aquileiensem pro patria Foro Iulii>. (Muratori, l. cit., col. 91-97, sed in fine adduntur plura alia, quae inc. *Quae quidem omnia et singula supradicta solemni stipulatione - prout fuerit opportunum... Venetiis*). 5 (f. 28). Iurisdictiones et redditus sanctae Aquileiensis ecclesiae, 1386. (Muratori l. cit., col. 71-78, fortasse e nostro codice).

Codex tribus manibus scriptus est, prima manus ff. 1-11^{v} et 22-27^{v}, secunda supplevit ff. 12-21^{v}, tertia scripsit ff. 29-36^{v}. Ff. 1 vacuum, excepto titulo et vv. *est mihi Pompeio et Chronica patriarcharum Aquilegiensium n. 76.*
Contectus recenter pergamena alba.

904. Saec. XVI, chart., mm. 199 × 149, ff. II, 93 (+ f. 44^{a}, primi librarii neglegentia omisso).

Monumenta Urbinatensia.

1 (f. 1). *Ristretto dei fatti d'Italia e specialmente d'Urbino, dal 1404 al 1444.* Inc. *In nomine domini... In primis decessit - Federico fu creato signore.* (Ed. in ephemeride il *Zibaldone,* aprile 1888, p. 49 - giugno p. 93).

2 (f. 11). <Continuatio chronicae superioris ab anno 1445 ad ann. 1547>. Inc. *Il Signor mio Alessandro Sforza.* Des. *La signora duchessa... Giulia passò di questa vita li 17 de febraro nell'anno 1547.*

3 (f. 25). ⟨**Francisci**, canonici urbinatensis cathedralis, cf. f. 34ᵛ⟩ chronica rerum urbinatensium ab anno 1444 ad annum 1579⟩. Inc. *A dì 22 luglio 1444. El dì de sancta Maria Magdalena fu amazato el duca d'Orbino.* Des. *A 18 d'aprile. Venne la nuoua che nostro signore papa Gregorio haueua dato il viscovado di Fossombrone al... Ottauiano di messer Claudio Accoromboni... Dio le presti la sua gratia.*

4 (f. 43). *Memorie di quanto si fece dal duca Guido* ⟨U b a l d o I⟩ *et suoi popoli e particolarmente in Urbino nel tempo ch'el duca Valentino prese lo stato.* Inc. (f. 44ᵛ): *Alli 18 di gennaro 1502 madonna Lucretia, figliuola di papa Alessandro.* Des. cum descriptione funerum eiusdem Guidubaldi, ducis Urbini: *finito l'uffitio tutti accompagnarono il signore et le madonne a corte.* (Haec chronica transcripta est et aliquantum emendata ex apographo anteriore, uti habemus in scribae nota, f. 43: *Non ho alterate le parole se non dove generavano oscurità et erano superflue. Nel restante il senso e lo stile è il medesimo*).

Duae chronicae duabus manibus transcriptae sunt. Ff. I, II titulis exceptis, 42ᵛ, 42ᵃ titulo excepto, 43 titulo excepto, 43ᵛ, 44ʳ, 93 vacua sunt.

In tegumenti tergo tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

905. An. 1610 (cf. f. 1), chart., mm. 205×150, ff. XIV. 517.

M o n u m e n t a V e n e t a .

⟨**Cognomina et nomina nobilium V e n e t o r u m et eorum affinium ab anno 1551 ad 1611, alphabetico ordine**⟩. Inc. (f. 1ᵛ): (*Alberto*) *45* (i. e. natus an. 1545) *5 marzo. Gieronimo, quondam ser Felipo, quondam ser Iacopo, 1577. In la fia, quondam ser Zuane Grimaldi, quondam ser Nicolo.* Des. *89. 4 nouembre* ⟨Z u s t o⟩ *Francesco, quondam ser Gieronimo, quondam ser Francesco;* praeeunt [1] (f. II) index cognominum: *Alberti, carte 1. Avanzago, 2 - Zusto. 505;* [2] (f. Xᵛ) *p r e l a t i:* ⟨15⟩*76. 25 aprile. D. Benetto Baffo, Tolentin, quondam ser Marco Antonio - 83, 28 febraio, d. Nicolo Zusto, capuzin, quondam ser Ieronimo.*

Pauca scripta sunt in unoquoque folio; in f. I adnotatio: *Fo fatto l'anno 1610 et fo aconzio fino tutto il mese de marzo - Fu aconzio tutto il mese de april 1611*, i. e. nomina huius anni alia manu addita sunt. Plura folia vacua.

Contectus pergamena alba saec. XVII.

906. An. 1591 (cf. f. 3), chart., mm. 228×185, ff. 173 (+ ff. 122ᵃ⁻ᶠ a primo librario omissis).

1 (f. 14). **Abbatio Baldangelo** ⟨seu **Abati Ubaldi Angeli**, Eugubini, cf. Mazzucchelli, *Scrittori*⟩, *vita del valorosissimo signor F r a n c e s c o M a r i a primo della R o v e r e, duca d' U r b i n o IV.* Inc. *Nel tempo del pontificato di Sisto quarto,*

di felicissima memoria, Giovanni suo nipote, animoso. Des. *fu messo in uno honoratissimo deposito di marmo nero o paragone con questa iscrittione: Francisco Mariae... Leonora uxor... meritissimo posuit et sibi;* praeeunt [1] (f. 1^v) auctoris dedicatio Francisco Mariae II: *Serenissimo prencipe. È cosa ad ogn' uno nota l' historia esser la più necessaria scrittura - Di Pesaro, il dì XXV di marzo 1591;* [2] (f. 3^v) ⟨praefatio⟩: *Douendo ricordare Francesco Maria della Rouere,* in hac praefatione insunt: *Lodi di Sisto IV, elogio di Giulio II, di Giovanni e Leonardo della Rovere, di Francesco Maria* (I) *- e di uera gloria di qua e di là splendentissimo;* [3] (f. 9) *nomi degli autori, che seguitò nella presente vita di Francesco Maria* (I): *Andrea Moccenigo, cioè l'historie dei suoi tempi dal 1500 sino a 1518 - Carlo Ruino nel 4 consiglio afferma il medesimo di Francesco M^a;* [4] (f. 10^v) *Guidiccioni Giovanni al gran Francesco Maria* (*son.*): *Viva fiamma di Marte - con le morti adempi;* [5] (f. 11) *del innominato academico* (*son.*) ⟨in laudem historici et Francisci I⟩: *Ecco l'historia che cent'anni ascosa - il Turco in lutto;* [6] (f. 11^v) *Guidarelli Guidi, Calliensis, epigramma* (dodecastichon) *in laudem Francisci Mariae II: Cur dux Vrbini Franciscus sextus honora - quercus et alta Iouis;* [7] (f. 12) *Vanni Petri Matthaei, Mondainensis, epigramma tristichon in auctorem: Abbati cum sis medica celeberrimus arte - uiuere post cineres;* (Abbatius erat medicus Francisci M^{ae} II); sequitur [8] (f. 122^v) eiusdem tetrastichon in Franciscum Mariam I, Vrbini ducem: *Quae te saeua dies iucundo hoc lumine cassum - abstulit omne decus.* **2** (f. 123). *Eiusdem* (*Abati*) *giuste diffese dell'illmo sig. Francesco Maria primo... contro le false accuse, anzi calunnie del Guicciardino.* Inc. *Sempre in tutto il tempo della mia uita* (defensiones sunt 1-35) ultima des. *essere stato più presto spinto da passione e da odio, ch'altro.*

Codex exhibet delineationem coloribus ex aqua statuae Francisci Mariae I, quam Franciscus Maria II ei posuit; in basi inscriptio: *Franc. Mariae Duci / opt. - / eius nep. faciund. C.;* (epigramm. auctorem quaere in cod. 926, n. 2).

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti, card. bibliothecarii.

907. Saec. XVI, chart., mm. 189 × 124, ff. I. 66.

Centelle Christophori, *de Saxoferrato, de bello Urbinatensi, liber primus* (et unicus). Inc. (f. 10): *Concepi animo bellum scribere, quod Franciscus Maria, Vrbini dux, cum Leone, pontifice decimo, in Italiam gessit.* Des. *victor ad uxorem et filios Mantuam profectus est. Finis ...;* praeeunt [1] (f. 1) *Fabritii Probati* ⟨epist. donationis codicis⟩ *all'illmo e rmo monsig. Giulio Feltrio della Rovere, card. d' Urbino...,* quae inc. *Gl'huomini della patria mia di Sassoferrato,* ac des. *pregare sempre Iddio per ogni sua felicità... Di v. s. ...;* [2] (f. 9) ⟨eiusdem,

sonetto>: *Fra l' altre eccelse e gloriose imprese - il stato e la ragione;* sequitur [3] (f. 63) alterum: *Visto hauete, signor, con qual prudenza - uidde e uinse.*

Ff. I, 8ᵛ, 9ᵛ, 62ᵛ, 63ᵛ-66 vacua sunt.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

908. An. 1604 (cf. f. V et f. 87), chart., mm. 200 × 142, ff. V. 90.

Baldi Bernardino *da Urbino, abate di Guastalla, la difesa di Procopio, contro le calunnie di Flavio Biondo, con alcune considerationi intorno al luogo ove seguì la giornata fra Totila e Narsete* <libri I-II>. Lib. I inc. *Hauendo proposto meco stesso di essaminare quella parte.* Lib. II. des. *almeno per essermi ingannato nelle lettioni. Il fine à dì 14 d'agosto, 1604;* praeit (f. IV) auctoris epist. dedicationis *al serenissimo signore e patrone mio colendissimo il sig. duca d' Urbino* <*Francesco Maria II*>: *Tra le uarie occupationi della mia chiesa - Di Guastalla il dì 10 di luglio del 1604... l' abate di Guastalla.* (Quaquam bis ed. opus, tamen raro invenitur, uti colligimus e Mazzucchelli, *Scrittori*, parte II, 1, p. 123); sequuntur (f. 88): *Nomi d'autori, citati nell'opera.*

Ff. I, II, IIIᵛ, V, 87ᵛ, 89, 90 vacua sunt.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

909. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 202 × 143, ff. 194.

<**Hurtado de Mendoza Diego**>, *guerra de Granada* <*que nizo el rei d. Felipe II contra los Moriscos...* libri I-IV>. Inc. *Mi proposito es escriuir* abrumpitur vv. *remittiendo la conclusion des las cartes para Madrid donde llego.* (Contuli cum *Nueua impression en Valencia, an. 1776*, p. 1-287: in codice tamen hic illic lacunae; cf. Antonio, Biblioth. hisp. nova, Matriti 1783, 1, p. 291 et Graesse, *Trésor...* 3, p. 395).

Codex binis manibus scriptus est, prima manus folia 1-56, cetera altera eiusdem aetatis. Ff. 193ᵛ, 194 vacua sunt.
In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

910. Saec. XVII, chart., mm. 204 × 155, ff. IV. 195.

<**Thomae**, Spalatensis archidiaconi († 1268), historia Salonitanorum sive pontificum Salonitanorum atque Spalatensium ab apostolorum temporibus ad a. 1266, seu historia Spalatina> (in ms. *Chronica Dalmatiae et Salonae;* pauca desunt in fine, abrumpitur vv. *cum effectu cepit Spalaten*<ses>. (Schwandtner, Scriptores rerum Hungaricarum, Dalmaticarum..., 3, p. 633, lin. 4 ab imo;

ceterum de variis edd. cf. Potthast, Bibliotheca hist. med. aevi, Berlin 1896, 2, p. 1066); sequitur (f. 190) catalogus regum: *14 Vadislaus. 15 Sebislaus nepos* – *30 Ziccanimerus.*

Ff. I-IV, 190v-195 vacua sunt.

Simplici membrana contectus saec. XVII.

911. An. 1572 (cf. f. 2v), chart., mm. 207 × 149, ff. 72.

Falconi Bernardini, *Anconitani, miracula beatissimae Virginis Mariae de Laureto, ex votis eidem Virgini nuncupatis, amplissimi protectoris iussu, selegit et scriptis utpote praestantiora mandavit;* libri I-II. In libro I veterum miraculorum, recensentur miracula 1-28. Miraculum 1 inc. (f. 5): *Ut sine uisceribus uitam quis ducere possit.... Quod praeter rerum naturam est.* Miraculum 28 des. *ad sacri templi lauretani parietem suspendit;* praeeunt [1] (f. 2) auctoris dedicatio *Iulio Feretrio de Ruvere, S. R. E. card. amplissimo, sacrosanctae aedis Lauretanae protectori,* quae inc. *Alacri animo cupiens iniuncto mihi oneri satisfacere* ac des. *Romae, iiii nonas iun. MDLXXII;* [2] (f. 3) ⟨praefatio⟩: *Quae a fidelibus populis pie colitur – filius suus uerus Deus, qui cum Patre et Spiritu sancto...;* [3] (f. 4) ⟨monitum⟩: *Mirandum non est – minime carent;* [4] (f. 4v) ⟨epigramma octastichon⟩ *in beatae Virginis de Laureto encomium: Quam non Praxiteles pario lapide, aut Polycletus. – Quos fortuna suis uexat acerba malis;* (f. 24) recentium miraculorum liber II (recensetur miracula 1-73) miraculum 1 inc. *Accurate se cum praeside Laureti per literas egisse;* miraculum 73 des. *hoc eodem mense iunij M.D.LVIII. Hactenus Bartholomaeus supradictus;* praeit (f. 23) praefatio: *Quarum apices omnem superabant excelsitatem – ac peruersae haereses confunderentur;* sequitur (f. 72) auctoris epigramma: *Haec tantum innumeris placuit miracula pictis – Non cessat fructus mox renouare suos. Ber. Falconius.*

Ff. 1v, 23v, 72v vacua sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et Io. Bapt. Pitra, card. bibliothecarii.

912. An. 1595 (cf. f. 3v), chart., mm. 210 × 148, ff. 48.

Marcaldi Francesco, (*narratione delle cose più importanti del regno di Napoli.* i. e. *grandezza, luoghi e fortezze, numero degli arcivescovi e vescovi, che vi sono, della militia di terra e di mare;* titulum e dedicatione desumpsi). Inc. *Il regno di Napoli per la grandezza, per il numeroso popolo.* Des. *non sarebbono se non sempre le istesse;* praeit (f. 2) auctoris dedicatio: *Al serenissimo sig. duca d'Urbino...* (Francisco M^{ae} II) *La molta osseruanza che io a v. a. s. porto. – In Pesaro il primo di maggio MD.XCV. Di v. a. serenissima... Francesco Marcaldi.*

Ff. 1v, 46v-48 vacua sunt.

Contectus recenter pergamena alba.

913. Ff. VIII. 128.

Petri Bembi de Guido Vbaldo Feretrio deque Elisabeta Gonzagia, Urbini ducibus, liber; (est pergamena impressus, Romae apud Valerium Doricum et Ludovicum, fratres Brixienses. Anno Domini M.D.XLVIII).

Contectus pergamena castanea coloris eiusdem aetatis libri cum ornamentis aureis et inscriptionibus binis in duabus paginis. *P. Bembus de / Vrbini / du.*

914. An. 1605, (cf. f. 1), chart., mm. 195 × 131, ff. 32.

Descrittione delle feste, fatte in Gubbio nel natale del serenissimo prencipe d' Vrbino, l'anno 1605. Inc. *Ecco pur giunto quel giorno bramato, quell'hora felice, nella quale l'infinita maestà dell'eterno Iddio auea determinato.* Des. *e la fede di questa città uerso de' serenissimi prencipi suoi.*

F. 32 vacuum est.
Recenter contectus pergamena alba.

915. Saec. XVI in., chart., mm. 165 × 112. ff. 44.

Bartholomaei ⟨Sacchi⟩ Platinensis, vita Victorini Rambaldoni, Feltrensis. Inc. *Victorinus Feltrensis, cognomento Romagno, matre Lucia.* Des. *et ornamenta defleat ac lugeat;* praeit auctoris epistola Baldesari Suardo: *Quom multa quotidie de ingenio, doctrina tanti uiri imago obuersaretur;* (de edd. cf. Tiraboschi, *Storia della Letteratura ital.*, Milano 1833, 2, p. 616 in nota).

Titulus maior litt. caeruleis et rubris, minor rubris; initiales maximae duae coloribus caeruleo et rubro illitae. F. 1, 41^{v}-44 vacua sunt.
Recenter contectus pergamena alba.

916 (olim 215, cf. f. I^{v}). Saec. XV, membran., mm. 212 × 142, ff. I. 59.

Baptistae Poggio, *vita Nicolai Piccinini.* Inc. *Ex multis, qui sub Bracio perusino militarunt.* Des. *Vale uir praestantissime et me ama. Florentiae, XXIII maij MCCCCLXXII;* praeit auctoris prooemium: *ad reuerendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Iacobum* ⟨Ammannati⟩, *card. Papiensem: Consideranti mihi sepemunero superiorum temporum conditionem – calumnias facile contemnendas;* (italice tantum edita, cf. Negri, *Istoria degli scrittori Fiorentini,* Ferrara 1722, p. 242).

In antiquo ind. Urbin. n. 615 signatur. Tituli rubri, initialis maxima aurea surculis coloribusque decorata. In f. 2 marg. inferiore circulus a duobus pueruli alatis sustentatus, in quo aquila nigra ungulis ferens tesseram gentiliciam urbinatem, una aquila praeditam. Ff. I, 1, 59 vacua sunt.
Recenter contectus pergamena alba.

917 (olim 1148, cf. tegumenti dorsum). Saec. XVII, chart., mm. 264 × 205, ff. I. 397.

Canale (da) Cristoforo (in ms. *Hieronimo*), *della militia marittima* (in ms. *Trattato di guerra da mare*) libri 1-4. Lib. I (f. 1) inc. *Due cose principalmente, magnifico et honorandissimo messer Nicolo* (Gabriele) *mio,* des. *essi ancora si dipartirono;* lib. II (f. 91): *Egli certamente non m'è ascoso - partendosi, alle loro case n'andarono*; lib. III (f. 194): *Vedesi assai chiaramente, honoratissimo messer Nicolo, la fortuna - fu condutto alle lor case;* lib. IV (f. 345): *Non può negare per certo* des. imperfecte, ut videtur: *fra tanto se delle astutie a dire ui resta non ui sia graue di seguitare;* (cf. Morelli, *I codici mss. volgari della libreria Naniana,* Venezia 1776, p. 32, ubi ampliorem descriptionem alterius apographi eiusdem operis habes).

Codex navium figuris auro et coloribus pictis ornatus in ff. 192, 286, 287, 290, 305, 312. Ff. I, 90ᵛ, 191ᵛ, 192ᵛ, 193, 289ᵛ, 290, 305, 312ᵛ, 313ᵛ, 318, 326, 397, vacua.
Contectus simplici membrana saec. XVII.

918. Saec. XVI-XVII, chart., mm. 263 × 202, ff. IV. 40.

Antonii Cornazzani (in ms. *Connazani*) de vita et gestis Bartholomaei Colei (i. e. Colleoni), principis bello invictissimi (in ms. *invictissimi bellorum principis*), libri I-VI. Liber 1 inc. *Coleorum gentem hoc uno principe.* Lib. VI des. *si cuncta recte ponderentur excessit.* (Apud Graevium, Thesaurus antiquitatum et historiarum Italiae, Lugduni Batavorum 1723, 9, parte VII, opusc. 5); praeunt ¹ (f. II) index contentorum (ed. ibid. f. II-IIᵛ); ² (f. 1) auctoris epist. *ad clarissimam Bergomensem rempublicam,* quae inc. *Maiestatem imperii militaris diuinos olim honores assecutam* ac des. *quod legentes possint uirtutis emulatione et desiderio immortalitatis imitari.*

F. I, 38-40 vacua sunt.
Contectus pergamena alba saec. XVI-XVII.

919. Saec. XVI, chart., mm. 267 × 197, ff. IX et paginarum 200.

Oliva Fabio, *cittadino di Forlì, vita della signora Caterina Sforza.* Inc. *Poi che fu Sisto, quarto di tal nome, inalzato al sommo grado.* Des. *auanzarono l'altri circonuicini et lontane città et prouincie etc.*; praeit index contentorum, ordine alphabetico. *Adobbamenti del conte Girolamo Riario, fac. II. - Ufficio di pietà, usato dalla signora Caterina. f. 140.* (Iuxta Chevalier *Répertoire,* Paris 1907, col. 4229, edita est Forlì 1821, sed editionem non vidi).

Initialis maxima calamo lineis et floris ramo ornata.
Ff. Iᵛ vacuum est.
Recenter contectus pergamena alba.

920. Idem est atque codex 926, quem require, hic errore bis numeratus.

921. Saec. XVI, chart., mm. 203 × 138, ff. I. 24.

<*Chronica mutila recuperationis status* Urbinatensis *et belli* Perusini, *gesti a* Francisco Maria *I*> (in ms. amplior titulus manu posteriore). Inc. *Essendo circha l'ultimo di octobre M.D.XXI ariuato el cardinale Sion nel campo aecclesiastico et imperiale;* abrumpitur: *et per quiete de la città inchinaua; cusì il duca scripse al ...*

F. Iv, 24v vacua.
In tegumenti paginis tesserae gentiliciae Pii VI et Fr. X. de Zelada, card. bibliothecarii.

922 (olim 760, cf. f. 1). Saec. XV, membran., mm. 209 × 152, ff. II. 82.

<**Titi Livii Forliviensis**, cf. Borsa, *Archivio st. Lombardo,* 1893, p. 62-63 et 428-429, vitae Henrici V, regis Angliae> *Decembri Petri Candidi* versio italica. Inc. *Antichamente fu certa opinione apresso li populi dicti ualici, la quale diceuano essere prenuntiata.* Des. *e per consequente esser morto nel anno quadrigessimo de la sua vita*; praeit interpretis *prologo*: *A lo illustrissimo principe ... Francisco Sfortia, ducha di Milano...: Più uolte considerando, mi illustrissimo principe, quali studij siano più digni - e dispono de obseruare in fin che uiua.* (Opus latine tantum editum Oxonii 1716, cf. Melzi, *Dizionario di opere anonime...* Milano 1852, 2, p. 135).

Codex littera rotunda scriptus initiales maiores praefert caeruleas ac rubras alternas, initiales maximas duas aureas, prima surculis, auro coloribusque, secunda auro, viridi colore, capite regis, fortasse Henrici V, et duobus annulis ornata est. In margine inferiore folii I in corona aurea, taeniis, frondibus fructibusque decorata, tessera gentilicia, praebens in 1 et 4 tria lilia aurea, in 2 et 3 aquilam albam expansis alis; stemma alicuius e familia Estensi. Ff. I, II, 80v, 81, 84 vacua sunt.
In tegumenti dorso insignia Innocentii XII ac tessera gentilicia Fr. Laurentii Brancati de Lauria, card. bibliothecarii.

923 (olim 716, cf. f. 2 ac tegumenti dorsum). Saec. XV, membran., mm. 250 × 175, ff. II. 178.

Variorum scripta de urbe Cpolitana a Turcis capta ac de bello in Turcos; magni Turci epistolae.

1 (f. 2). **Francisci Philelphi** <ad Carolum VIII> Francorum regem <pro bello adversus Turcas suscipiendo epist.>: *Cum tuas ego res bellicas - fidem observantiamque ostenderet. Ex Mediolano, XIII kal. martias MCCCCLI.* (Reusner, Selectissimarum orationum et consultationum de bello Turcico, Lipsiae 1595, 3, p. 1-24).

2 (f. 28^v^). **Nicolai Fulgniatis,** expugnatio Constantinopolitana. Inc. *Gotos euertisse Romam inseuissime* (!) *aduersus ciues et populum et pene funditus effodisse.* Des. *foeminarum et imbecilium senum numerus non est definitus. Finis feliciter;* adduntur [1] (f. 39^v^) epist. (ex relatione eiusdem Nicolai) de clade Cpolitana: *Credo, mi charissime, si perlegeris historias - nec de cardinali aliquam certitudinem habere;* [2] (f. 40^v^) deploratio cladis christianorum: *Heu, heu, dolorosa ciuitas multis uiduata consiliis - cur uno ictu tot corda fidelium.*

3 (f. 43). **Coriolani Cepionis** dalmatae, Petri Mocenici imperatoris gestorum libri 1-3. Lib. 1 inc. *Quum Venetis nuntiatum esset Othomannum Turcorum principem.* Lib. III, des. *senatorum imperium longe lateque propaget;* praeit (f. 41^v^) epist. auctoris ad Marcum Ant. Maurocenum, Venetorum oratorem apud ducem Burgundiae: *Quom praefectus triremis ad classem proficiscerer - in re publica obtinere possis.* (Hain, Repertorium bibliographicum, n. 4849).

4 (f. 108^v^). **Georgi Merulae,** seu **Alexandrini,** bellum Scodrense, epist. Alexandro Iacobo Merulae et Francisco Gamberino: *Existimo uos in magna expectatione eorum esse, quae grauissimus et potentissimus - alioque tortore puniat. Valete.* (Hain, l. cit., nn. 11093-11094).

5 (f. 120). **Gulielmi Caorsin,** Rhodiorum vicecancellarii, obsidionis Rhodiae urbis descriptio (et obsidio). Inc. *Rhodiae urbis obsidionem descripturus causas in primis narrare institui.* Des. *et Rhodiorum gloriam rerum gestarum commentarium edidit.* (Hain, l. cit., nn. 4356-4359).

